



DISPUTATIO JURIDICA

De

JURE SERVITU-  
TUM PRÆDIALIUM  
HODIERNO,

Quam

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO JUVENTUTIS PRINCIPE

DN. FRIDERICO  
WILHELMO,

MARCHIONE BRANDENBURG. ET ELECTORATUS  
HÆREDE, &c. &c.

IN ILLUSTRIS ACADEMIA FRIDERICIANA

PRÆSIDE

DN. SAMVELE STRYKIO,

JCTO, SERENISS. ET POTENTISS. ELECTOR. BRAN-  
DENB. CONSILIARIO INTIMO, PROFESSORE PRIMARIO,  
FACULT. JURIDICÆ ORDINARIO, ET  
p.t. DECANO

PATRONO ET PRÆCEPTORE PERPETUO HONORIS  
ET GRATITUDINIS CULTU PROSEQUENDO,  
IN AUDITORIO MAJORI

Die XXXI. Octobr. A. MDCXCIIIX.

Publice defendet

CHRISTIANUS LUDOVICUS VEIEL,  
Ulmenfis.

HALÆ MAGDEB. Literis Chr. Henckelii, Acad. Typogr.



DISPUTATIO JURIDICA

JURE SERVITUTUM

DE

HODIERNIS

RECTORIS MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO IUSTITIAE RATIONIS

DR. FRIEDRICH

WILHELMO

MARCHIONE BRANDENBURG ET ELECTORATUS

HABED. N. S.

IN ILLUSTRIS ACADEMIA FRIEDERICIANA

P. R. S. I. D. E.

DR. SAMUEL STYRKIO

DOCT. SERENISS. ET POTENTISS. ELECTORIS BRANDENBURG  
CONSILIARIO INT. ET RATIONIS RATIONIS

BACULL. JURIS ORIGINARIO, ET

P. R. S. I. D. E.

PATRONE ET RATIONIS RATIONIS HONORIS

ET ORATIONIS RATIONIS RATIONIS

IN

DR. THEODORUS WILHELMUS

WILHELMUS

CHRISTIANUS FRIEDRICH VITTEL

DR. THEODORUS

HALLA MAGNIFICENTISSIMO





COROLLARIA.

à Respondente adjecta.

I.

**O**B infidias vitæ conjugis structas  
divortium tantum quoad thorum & mensam  
locum habere receptum est, quorsum inclinat  
*Ord. Matrim. Ulmens. tit. 42. §. 1.* Verum etiam quoad  
vinculum dirimi posse matrimonium censeo.

II.

In potestate Status imperii evangelici est, matri-  
monio certas præscribendi regulas, ita ut his non ob-  
servatis illud nullum sit, licet jure divino hoc alioqui  
subsisteret. Quale exemplum de matrimonio clan-  
destino occurrit in *d. Ordin. Ulm. tit. 21.* quem locum  
non tantum de annullandis sponsalibus, sed & de nu-  
ptiis jam consummatis, intelligendum puto.

III.

Testamentum mysticum, in quo heredis institu-  
tio ad certam schedulam se refert, jure Civili sustine-  
tur. *Jure Ulmensi P. III. tit. 6.* hoc valet tantum quoad  
legata in tali schedula relicta; sed in eo ultra jus com-  
mune progreditur, quod legatum in tali schedula su-  
stineat, etiam si ejus in testamento nulla sit facta men-  
tio. Aderit ergo hoc jure casus, ubi legatum extra-  
neo relictum sine ullo teste per nudam schedulam su-  
stinetur.

IV.

Mercedes famulorum in concursu creditorum  
fere ubivis priorē locum obtinent, quod Saxones limi-  
tant, si modo in convictu debitoris fuerint, & hinc mer-  
cenariis prioritatem negant, quod juste mutatum est  
Sta-

290.

M

10



Statutis Ulm. L. III. tit. 1. §. 26. Durum tamen est prioritatem mercenariorum septem diebus, & illorum qui in convictu fuerunt, anno includere, & sic morosis dominis privilegium indulgere.

V.

Civitatibus imperii in Comitibus non consultativum, tantum sed & decisivum votum competere, ex Instrumento Pac. abunde constat. Sed annon in hoc jure ipsis per indirectum præjudicetur, in discursu videbimus.

VI.

Jus condendi Leges particulares Civitatibus Imperii non tantum in illis competit, quæ Lege Universali nondum decisa, sed & his derogari posse puto.

VII.

Causæ Ecclesiasticæ in Consistoriis Statuum Evangelicorum decise appellacionem non admittunt, si ve ad judicium Aulicum, si ve ad Cameram dirigatur.

VIII.

Civitas Imperii Evangelica ad Consistorii constitutionem pro decidendis causis Ecclesiasticis nõ adstricta est, sed in Senatu has causas adhibitis uno vel altero Theologorum componere potest.

IX.

Polygamiam utut jure divino prohibitam admittamus, male tamen infertur, quod ejus pœna præcise capitalis esse debeat, vel quod Principi nullum dispensandi circa pœnam hic supersit arbitrium.

X.

Si quis mandet gladio aliquem vulnerari, expresse autem prohibeat occidi, cæde facta tanquam homicida tenetur, & pari cum mandatario afficiendus supplicio.



291.

M



DE JURE  
SERVITUTUM PRÆDIALIUM HODIERNO.  
TITULUS. I.  
De  
SERVITUTIBUS.

§. I.



**S**ulla in foro frequens  
controversia est, certe de servitu-  
tibus est, quæ inter vicinos in ci-  
vitate, & confines in agris toto  
die nascitur; inde cum hæc ma-  
teria in foro trita sit, parum est,  
quod ex Jure Romano usu & ob-  
servantia immutatum dici possit; potius aucta est ea-  
dem, dum variæ servitutum species successu temporis  
inductæ, quas jus Romanum ignoravit, licet sub inno-  
minatarum nomine has communiter comprehensas  
velint; Wesenbec. *b. t. n. 4.* Hillig. *in Donell. lib. 11. c. 1. lit. 6.*  
non quasi hæc servitutes veræ non sint, sed quod nomen  
specificum à jure non habeant, & sola circumscriptione  
rei notæ sint, quorsum referunt adductas in §. 2. *I. b. t.*  
Imo & illa, quæ Regalium nomine veniunt, plerum-  
que usu Germaniæ in servitutum degenerarunt, qua-  
tenus illorum exercitium nobis in alieno prædio  
competit, E. G. jus venandi in alieno, Jurisdictio,  
vectigalis exactio, jus in alieno militem conducendi,  
hospitandi, lustrandi. Non enim restringendæ servi-  
tutes sunt ad prædia particularia privatorum, sed eæ-  
dem quoque diversis applicandæ territoriis aut Prin-

Materia hæc in foro neces- saria.

Regalia quandoque servitutes sunt.

A

ci-

10





cipatibus, ex quibus alterum alteri servitutem præstare posse, extra dubium est, licet moribus Germaniæ hoc rarius exprimat<sup>r</sup> voce einer Dienstbarkeit; Sed comunius einer Gerechtigkeit.

Servitus una  
realis & per-  
sonalis.

§. II. Ne tamen promiscue omnia jura servitutibus realibus adscribantur, de indole servitutum generatim monendum est omne illud, quodcunque Dominus vicini prædii, & sic quoque territorii in mei prædii vel territorii utilitatem *pati* aut *non facere* tenetur, hoc servitutis realis nomine venire, & eodem jure æstimandum esse, *L. 1. §. 6. ff. Commun. præd. L. 1. in fin. ff. de Servit. præd. rustic.* Quod si vero vicinus quid *pati* vel *non facere* tenetur in gratiam personæ meæ, hoc servitutis personalis nomine venit; ut sic una eademque servitus pro diversitate illius, cui debetur, realis & personalis esse possit. De hoc autem cum libro præcedenti actum sit, circa reales tantum occupati erimus.

An hodie ser-  
vitus in fa-  
ciendo confi-  
stat?

§. III. Cum autem servitutum indoles in eo consistat, ut Dominus prædii servientis in suo, aliquid *pati* aut *non facere* teneatur. *L. 15. §. 1. ff. h. t.* inde certum est, Jure Civili nullam servitutem in *faciendo* consistere posse: Sed an usu fori aliud obtineat, inde dubitatur, quod hodie pacta qualiacunque super negotio licito validam producant actionem. Quapropter si vicinus mihi promittat, se suis equis omne lignum quotannis advecturum, quo possessor ædium mearum opus habet, quæritur annon moribus nostris dici debeat servitus? Ita videtur; Prædium enim meum ex vicini prædio utilitatem evidentem quotannis percipit, quæ pro personali præstatione reputari nequit; non enim pro me stipulatus sum hanc commoditatem, sed pro possessore ædium mearum, quorsum pertinet decisio Pau-



DE SERVITUTIBUS.

3

Pauli in *L. Si tibi 17. §. 5. ff. de pact.* quod secundum plurimum sententiam pactum venditoris in rem conceptum, etiam emptori proficit. Sed Resp. ratione promissoris pactum hæc personale est, cum hic successorem singularem ædium ad facti præstationem obligare nequeat, pactum enim rem non afficit, sed personam *L. 3. ff. de O. & A.* & plane diversa ratio est, si quæram, an pactum proficit, an noceat, *arg. L. solvendo 39. ff. de negot. gest.* licet heres promissoris, si illas ædes vicinas possideat, non jure servitutis, sed vi pacti, sui natura ad heredes transitorii *L. 13. C. de Contrab. Stipul.* obligetur ad vecturas illas præstandas, *arg. L. 12. ff. de ann. legat.* E contrario, si servitus hic vera subesset, unusquisque possessor ædium; etiam si heres non esset, ad illas vecturas obligaretur; afficit enim servitus rem ipsam, & ita ad possessorem novum transit. Deinde rehero; & hoc Jure Romano certum esse, quod quamvis ego has vecturas non pro me, sed pro omnibus futuris ad ædium mearum possessoribus stipuler, ex stipulatione hac non nisi meis heredibus jus agendi competere, cum tertio ex tali stipulatione jus quæri non possit, & inde allegata *L. 17. §. 5. ff. de Pact.* non de danda actione emptori ex pacto venditoris, sed exceptione intelligenda. Postquam vero hodie ex omni pacto datur actio, imo cum hodie etiã tertio valide pacisci & promittere aliquis possit, uti supra ostensum *tit. de pact. §. 12.* in praxi sustinebitur hæc sententia. Unde apparet, minus commode Manzum *de servitut. præd. urb. q. 20. n. 80.* simpliciter asserere, hodie servitutum in faciendo constitui posse; nam pacti effectus ille nec tantus hodie est, ut rem ratione promissoris afficere possit; & licet hodie alteri sti-

Negativa defenditur.

A 2

pu-

292.

M

10





pulari possim, obligare tamen ipsum mea |promissione non potero.

De juribus  
bannariis.

§. IV. Quid itaq; dicendum de juribus illis bannariis, quibus vicini compelli possunt, ad faciendum aliquid in mei prædii utilitatem. E. G. si habeam molendinum bannarium *eine Zwanck-Mühle* / vel furnum bannarium, *das Zwanck backen* / de quibus Klock. *Tract. de arario L. 2. cap. 8. n. 29.* cauponam bannariam *eine Zwanck-Schenke* / hic sane nascitur obligatio ad faciendum, scil. ad molendum in meo, ad panem coquendum in meo furno, ad cerevisiam petendam ex mea caupona. Consuetudine hæc jura pro servitute reali reputari, asserit Dn. Brunnemann *ad L. 8. ff. b. t. n. 7.* Observandum tamen hic erit, sive ejusmodi jus bannarium constituatur cum subditis, sive cum vicinis, utrobique pacto opus esse; nec enim Dominus vi jurisdictionis subditos suos, ut molendino vel furno utantur, compellere potest, etiamsi longissimo tempore ad hoc molendinum ire soliti fuerint, Köppen *decis. 20.* Andr. Rauchbar. *lib. 1. qu. 27. n. 11. seqq.* Besoldus *cons. 118. vol. 3.* quod si ergo per conventionem hoc jus constituendum, obligatio personalis inde nascetur ad factum, non vera servitus; confer. Cæpolla *de servitutibus. c. 2. n. 5. sq.* indeque non obligabit successores promittentium singulares. Verum enim vero, cum hoc pactum non cum personis singularibus, sed integra universitate ineatur, *das sie ganze Dorffschafften zu einer gewissen Mühle verbinden* / pacta vero cum universitate inita stringant etiam futura ejus membra, quia universitas non moritur, sed semper per novos successores redintegatur. *L. Proponebatur 68 ff. de Judic.* dubium non erit, in

Refertuntur  
illa ad servi-  
tutes.



DE SERVITUTIBUS.

5

in effectu hoc Jus bannarium cum servitute convenire; Promovetur enim hic prædii mei seu molendini utilitas per prædium alterius, sive vicini prædii possessores. Si enim horum persona tantum obligaretur, tunc, etiam si ex prædio vel pago emigraverint, ad factum illud eundi ad molendinum vel furnum, manerent obligati, quod tamen nemo facile asseruerit:

§. V. Nec dissimilis ratio est operarum rusticarum, quæ nostro prædio à vicinis debentur; Licet enim & hæ facti præstationem contineant, revera tamen hic prædium prædio servit, hinc quisque possessor illius prædii mihi ad has operas obligatur; & si ego prædium meum tertio vendiderim, ille jus exigendi easdem operas consequitur. Operæ enim rusticorum prædio debentur ex prædio, non personæ à persona; unde vulgatum apud nos est, das Guth ist dienstpflichtig / oder es hæssen viel Dienste auff dem Guth. Ut adeo multum intersit, an quis ad operas se simpliciter obliget, ubi personalis promissio est; an vero operæ rebus inhæreant, quo casu posteriori moribus Germaniæ in effectu ad servitutes reales referri possunt. Et ex hoc vera decidendi ratio peti potest, quod rustici extra domicilium nobilis servitia præstare non teneantur, de quo Carpzovius *L. 1. Resp. 57. ubi n. 8.* recte subjicit; servitia hæc rusticorum esse onera realia prædiis inhærentia, ut hinc quocunque vadunt prædia, ad illum etiam passive transeant servitia; cum quo consentiunt Coler. *de pros. exec. P. 1. c. 9. n. 70.* Rosenthal *de feudis. c. 8. concl. 5. n. 1. & seqq.* Et hoc sensu vera est sententia Manzii, *ad Tit. de Servit. urb. præd. q. 20. n. 80.* quando dicit; in praxi frequens esse, ut possessores quarundam ædium & prædiorum ad faci-

De operis ex vicino prædio debitis.

10

A 3

ci-





ciendum jure servitutis, & quidem realis & perpetuo duraturæ cogantur, non tantum Dominis locorum & superioribus, sed etiam vicinis. e. g. ad pontem restaurandum, vel reficiendum, ad ligna advehenda, & ad similia alia, & si quis in foro negaret, tales servitutes imponi posse, cum risu exploderetur.

De præscriptione servitutium.

§. VI. Circa servitutum præscriptionem jure Romano prolixa concertatio est, ob *L. 14. pr. ff. h. t.* ubi Jctus in servitutibus prædiorum rusticorum usucapionem plane negat, & postea in urbanis idem obtinere dicit: quod ex prohibitione *L. Scriboniæ* deducunt, vid. *Coras. lib. 5. Miscell. c. 5. n. 3. sqq.* Difficultates tamen has sustulit Imperator per *L. fin. C. de præscr. longi temporis*, ubi servitutes omnes sine distinctione, an rusticæ sint an urbanæ, longo tempore acquiruntur, accedente tamen titulo, si servitus à non domino constituta, vel patientia ipsius domini, quæ loco tituli est, *L. 2. C. h. t. L. 10. ff. si Servit. vindic. & bona fide, Zoes. ad ff. h. t. n. 14.* Sed si usum fori hic respiciamus, reducta ex parte, quantum ad servitutes rusticas, dispositio *L. 14. ff. h. t.* ubi dicitur; illas ideo, quod non habeant certam continuamque possessionem, usucapi non posse, cum nemo tam perpetuo, tam continenter ire possit, ut nullo momento possessio ejus interpellari videatur. Hujus rationis imbecillitas, quamvis abunde ostensa sit ab Interpretibus, interim tamen effectus illius distinctionis inter servitutes continuas & discontinuas in tantum remansit, ut unanimi Practicorum calculo approbata sit sententia; solas continuas, sive urbanas longo tempore acquiri, per *d. L. fin. C. de præscript. long. temp.* non discontinuas seu rusticas, sed hic adhuc opus esse præscriptione immemoriali, per *L. hoc*

Rusticæ in foro immemorabile tempus exigunt.



DE SERVITUTIBUS.

7

*L. hoc jure. 3. §. ductus aqua. 4. ff. de aq. quot. & est. quam praxin Camera Imperialis recepit Gail. L. 2. obs. 66. n. 7. Mynsing. cent. 4. obs. 53. Klock. vot. Cameral. relat. 131. n. 24. Mev. P. 9. dec. 165. n. 9. Köppen decis 97. n. 12. Gabriel L. 5. comm. concl. Tit. de præscript. concl. I. Gomez variar. resol. L. 2. c. 15. n. 28. & quos plures adducit Harprecht §. fin. n. 7. & seq. Just. de servitut. Pariter hanc sententiam in Consilio Delphinatus probatam esse testatur Guido Papa decis. 573. eandem quoque in sui Regni tribunalibus receptam esse, testis est Covarruvias. L. 1. variar. resol. c. 17. n. 11. Et in Bavaria speciali statuto hanc opinionem introductam esse, testatur Manzius. ad Tit. de servitut. quest. 5. n. 65. sequentibus hanc in rem adductis verbis ex jure provinciali Bavarico tit. 26. Artic. 4. in fin. Die andern Grund-Dienstbarkeiten deren Gebrauch nicht stets / und ohne Unterbruch ist / sondern in des Menschen Übung stehen ic. werden durch Verjährung anders nicht erlanget / denn in solcher langen Zeit / welche über Menschen gedenden sich erstreckt. Quapropter in foro ab hac consuetudine in pronuntiando non discedendum, cum hæc optima Legum interpretres sit, L. 37. ff. de LL. quod probat Dn. Schilter Exercit. 18. ad ff. th. 7.*

§. VII. Praxis tamen illa de præscriptione im- Aliud jure Saxonico.  
 memoriali servitutum rusticarum ibi fallit sine dubio,  
 ubi aliud receptum esse apparet. Sic in Saxonia, post-  
 quam præscriptiones longi temporis extensæ ad 31. an-  
 nos 6. septimanas & 3. dies, etiam servitutes rusticas tot  
 annis acquiri, communiter asseritur. Carpz. P. 2. const.  
 4. def. 8. Dn. Schilter d. th. 7. in fin. Jure Hamburgensi Hamburgensi.  
 P. 1. tit. 21. Art. 3. distinctio illa inter continuas & discon- fi.  
 tinuas servitutes expresse sublata, & omnes servitutes  
 præscriptioni longi temporis, accidente bona fide, ac-  
 quiri

294.

M

10





Prutenico,

ri posse, statutum; Jure Prutenico à Serenissimo Electore Brandenburgico A. 1685. reviso ac denuo publicato, eatenus retenta distinctio, ut servitutum continuarum usucapio sit decennalis, discontinuarum autem tricennaria, vid. *Jus Prut. L. 3. tit. 2. §. 3. & 4.* cujus verba, cum simul de praxi in præcedenti §. adducta testentur, hic subjicere lubet. Die andere Dienstbarkeiten aber / *discontinua servitutes* genant / so ohne der Menschen zuthun und Gebrauch nicht wehren / als zu gehen / Vieh zu weiden / ec. ob wol dieselbige nach dem gemeinen Wahn und *opinion* der Rechtsgelehrten / welche auch mehrentheils in *Practica* also gehalten / nicht eher können durch *prescription* oder Verjährung erlanget noch bekommen werden / es sey dann so viel Zeit verfloßen / die kein Mensch gedencke / in deren man solche angefangen zu gebrauchen; so wollen wir doch unsere Gerichte daran nicht verbunden haben / sondern da jemand's erweißlich machen kan / daß er sich solcher *discontinuarum Servitutum* über 30. Jahren / Jahr und Tag oder mehr gebraucht habe / soll er damit gehöret werden.

Aliud in servitute cum prædio præscribenda,

§. VIII. Restringenda vero illa Practicorum sententia est ad casum acquirendæ servitutis rusticæ per tempus immemoriale; quod si enim servitus prædio semel acquisita, & hoc à non domino ad tertium possessorem bona fide & justo titulo pervenerit, & in ejus dominium lapsu longi temporis transierit, dubium nullum est, acquisito prædii dominio, acquisitas etiam esse servitutes prædio cohærentes, sive continuæ illæ sint, sive discontinuæ. Considerantur enim servitutes, non ut jus incorporale aliquod per se, sed ut accessio rei immobilis, ut hinc hac translata, transeat simul in novum possessorem; Quod & in aliis juribus fundo cohærentibus verum esse constat, modo novus ille possessor usum



DE SERVITUTIBUS.

9

sum servitutis non intermiserit, & ita non utendo, juri prædio coherenti taciter renunciaverit.

§. IX. Hoc adhuc controversum videtur, cum <sup>Quo tempore Vasallus servitutem præscribat?</sup> Vasallus servitutem fundo acquirere possit, 2. F. 28. §. si Vasallus. dum ejus conditionem ita meliorem reddit, 2. F. 8. §. E contrario, & hinc per consequens præscribendo quoque servitutem obtinere valeat, an ad servitutem rusticam sufficiat lapsus 30. annorum, an pariter usufori exigatur tempus immemorabile? Dubitandi ratio hæc est, quod jus feudale nullam aliam, quam tricennariam præscriptionem agnoscat, 2. F. 26. §. si quis per triginta, Schrader de feud. P. 5. c. 4. n. 28. Verum cum jus feudale consuetudinarium sit, & hinc contraria consuetudine eo facilius tollatur, hæc vero tempus immemorabile requirat, Vasallus quoque extra Saxoniam, tanto tempore opus habebit, ad acquirendam feudo suo servitutem rusticam.

§. X. An vero Vasallus alteri servitutem hodie <sup>An vasallus servitutem constituere possit?</sup> constituere in feudo possit, adhuc tangendum? De Jure feudali expeditum est, quod non, si domini & agnatorum consensus non accesserit, 2. F. 8. §. e contrario. Sed annon usufori, quoad dies vitæ Vasalli filiorumque ejus? R. subsistit pactum hoc; Struv. c. 12. th. 8. n. 3. sed servitus vera nec hodie erit, non ob rationem illam Juris Civilis, quod servitus ad tempus constitui nequeat, L. 4. ff. d. Servit. hoc enim in foro non attendi puto, cum parvi referat, an servitus jure constituta sit, an tuitione Prætoris interim servitute uti possim; L. 1. pr. ff. quib. mod. ususfr. amitt. & pariter an servitus ad tempus constituta lapso tempore exspiret, an ope exceptionis ulterius servitute utens repellatur: Verum ob defectum juris

B

ris

295

M

10





ris in persona constituentis; cum in hujus potestate non sit, ipsum prædium vel feudum obligare, *arg. 2. F. 55. junct. L. fin. C. de reb. al. non al.* servitus autem prædio inherere debeat. Eapropter personalis illa obligatio erit, ad præstandam servitutem à Vasallo promissam, & hinc feudo, vivente licet Vasallo alienato, singularis successor ad præstandam hanc servitutem non tenetur. Quando itaque Feudistæ dicunt: servitutem à Vasallo impositam eatenus subsistere, ut huic noceat, non ut Domino & agnatis. *Manz. ad b. t. n. 176.* hoc juxta antecedentia extendendum est, ut nec novo possessori obsit.

## TITULUS II.

De,

## SERVITUTIBUS URBANORUM PRÆDIORUM.

## § I.

Prædiorum  
hodierna di-  
stinctio.

**D**iversitas urbanorum & rusticorum prædiorum in foro eodem fundamento nititur, quo de jure Romano, ita ut non locus, sed usus prædia distinguat, an scilicet prædia habitationis seu hominis, an agriculturæ vel pecorum causa, sint ordinata. Pro diversitate autem horum prædiorum ipsæ etiam servitutes denominantur, adeo ut *quale prædium dominans, talis etiam dicitur servitus*, & hinc pro diversitate prædiorum una eademque servitus ad urbanas & rusticas referri possit. Sic *iter* per alterius fundum ad domum meam urbana servitus est; si ad agrum meum, rustica est, quod & in *aqua ductu* similibusque juribus obtinet, *Manz. de servitutibus Tit. 1. quest. 5. n. 22.* sicut & eodem modo ex ser-  
vi-



296.

vitutibus prædialibus personales fieri possent *L. 4. ff. de S. R. P.* Germanice appellari solent; *Haus-Dienstbarkeiten und Feld-Dienstbarkeiten.* Cum autem harum servitutum species variæ sint in jure Romano, quæ singulæ utilitatem in vita communitribuunt, nulla ex illis fere est, quæ hodie sublata dici posset; potius novæ species moribus superadditæ, quas usus & commoditas præsentis ævi introduxit. Omne enim hoc servitutis urbanæ nomine venit, quando vicinus in mearum ædium utilitatem aliquid in suo pati aut non facere tenetur; cum tamen in una alterave specie aliquid monendum occurrat, illas adducam, circa quas dubium in foro moveri solet.

§. II. Refert autem Imperator *in §. 1. Inst. b. t.* inter urbanorum prædiorum servitutes primo loco, *jus oneris ferendi*, seu, ut vicinus onera vicini sustineat, vicijus mihi jus competit, habendi ædificium supra alterius muro vel columna *L. 33. ff. b. t.* quam servitutem vulgo ad anomalas referunt, dum serviens contra naturam ordinariam aliquid in suo facere, h. e. suis sumtibus murum servientem reficere tenetur. *d. L. 33. nisi plane murum derelinquere velit. L. 6. §. 2. ff. si servit. vindic.* cum tamen alias necessitas reficiendi incumbat domino prædij dominantis. *d. l. 6. l. 15. §. fin. ff. b. t.* Sed salva res est, quia factum in hac servitute non principaliter intenditur, sed patientia; quo autem in suo muro pati possit onus, hunc conservare, vel collapsum reficere debet; Interim dum murus vel paries reficitur, fultura ædificij dominantis ab hujus domino suscipienda, *L. 8. pr. ff. si servit. vind. Manz. adh. tit. n. 19.* Idem ergo si casus in foro circa hanc servitutem occurrat, circa refe-

De servit. oneris ferendi.



tionem statuendum erit, si aliud pacto conventum sit: nullum enim dubium est, hoc incommodum in constitutione servitutis pacto à se avertere posse servientis prædii dominum, aut etiam consuetudine vel vetustate temporis ab hoc liberari posse. *arg. l. i. §. fin. ff. de aqua & aq. plur. arc.*

De tigno immittendo.

§. III. Cum vero admodum vicina sit servitus tigni immittendi, vulgo das *Tram-Recht* dicta, qua quis in vicini parietem vel murum tignum ita potest immittere, ut ibi requiescat. *L. 2. in fin. ff. b. t. §. l. 25. ff. eod.* quæ inter servitatem oneris ferendi & tigni immittendi differentia sit, videndum? Sane si trabes vel tigna immiserim in alienum, hic partem oneris ædium mearum fert: nam is qui jus tigni immittendi habet, non tantum trabes in parietem alterius immittere, sed & super illas porticum ambulatoriam facere, superque eum parietem columnas structiles imponere, quæ tectum porticus ambulatoriæ sustineant *L. 8. §. 1. ff. si servit. vind.* hoc casu itaque non leve onus sustinendum vicino. Nec dici poterit, servitatem oneris ferendi in eo quid amplius continere, quod hic integrum ædificium requiescat in alieno; hoc enim rarius contingit, cum plerumque murus alterius unum ædificii latus tantum sustineat. Quapropter existimo, servitatem tigni immittendi ibi proprie locum habere, ubi quis vicini parietis commodo simul uti cupit, damit er keine eigene Wand halten dürffe; ita scil. ut nihil imponatur ulterius trabibus immittis, quod ad ipsum ædificium sustinendum pertineat; alia enim quædam, insigne onus non continentia, admitti possent, juxta *cit. L. 8.* Exempli gratia, einen Boden drauf zu legen/oder einen Gang feste zu machen/  
Quod



Quod si paries trabibus immixtis imponendus, & quidem talis, qui latus ædium sustineat, revera jus tigni immittendi degenerat in oneris ferendi servitutem:

Ex quo simul dijudicandum est, cui refectio incumbat; si enim oneris ferendi foret, refectio fervienti incumberet, quod secus est in servitute tigni immittendi, quia hæc ordinariam indolem retinet, L. 8. §. 2. ff. si servit. vindic. ubi refectio semper incumbit dominanti.

De refectio-  
ne.

l. 6. §. 2. ff. d. t. Confer Dither. addit. ad Besold. Thes. pract. sub voce, Tram-Recht/Ludwell. Exerc. 5. ad Instit. t. 6. lit. B. Manz. ad h. T. n. 39.

§. IV. Servitus *Stillicidii & fluminis* in eo differunt, quod *Stillicidium* guttatim cadat, *flumen* vero cum impetu, non tantum si aqua pluvialis in tubos collecta uno impetu dimittatur; sed & si aqua qualiscunque in area mea collecta per alterius fundum derivari possit.

Servit stillicidii &amp; fluminis.

Utraque servitus frequentissima est; sed cum in jure nostro distingvatur in illam, quæ est stillicidii vel fluminis avertendi, & quæ non avertendi est, res hæc ad mo-

Alia avertendi.

res applicanda. *Stillicidii avertendi* est, qua vicinus pati debet, ut stillicidium meum in aream ejus avertam, quæ hinc etiam dicitur servitus stillicidii *recipiendi*; cogitur enim recipere alterius stillicidium, quod dominus prædii dominantis à suo fundo avertit, Schnei-

Non avertendi.

dew. ad §. 2. Inst. h. t. n. 8. Econtrario servitus *stillicidii non avertendi* est, quando vicinus patitur, ut aquam fluviatilem ex ipsius ædibus vel fundo collectam, in meum derivare possim; Quæ quidem res respectu fervientis non onus, sed commodum continere, & sic servitutibus non annumeranda videtur; cuivis enim grata res foret, si vicinus ex meo aquam pluviatilem exciperet.

Existimat quidem Cæpolla de *servitutibus*.

De utilitate





*urban. præd. c. 29.* incommodum servientis in hoc consistere, quod serviens suis expensis reficere teneatur canales & tegulas, ex quibus stillicidium cadit: sed cum hoc naturæ servitutis, quæ in non faciendo vel patiendo consistit, refragetur, merito hæc sententia rejecta est à Manzio *ad b. Tit. n. 153.* Casus tamen, quem ipse Manzius suppeditat, scil. locum esse huic servituti, si statuto vel consuetudine civitatis quisque in sua area recipere cogatur stillicidium vicini, vix dabilis est, vel certe rarissimus. Recurrendum itaque ad circumstantias loci, ubi aqua pluviali dominus opus habet ad irrigandum hortum ædibus junctum: vel ubi aquæ puræ copia nec ex puteis haberi poterit, sicut Amstelodami conspicuum est, ubi aqua pluvia in pretio habetur, ex alienis tectis sæpius magna cum industria colligitur, & per canales in præparatas quasdam cisternas derivatur ad usum domesticum: incommodum itaque non leve illic patitur vicinus, cui per hanc servitutem adempta est copia utendi aqua pluviali, & injuncta necessitas patiendi, ut alter in suos usus ad se derivet, ut adeo frustra hanc servitutem dari neget Bachov. *ad §. 1. Inst. b. t. n. 6.* cum observantia omnium fere civitatum maritimarum contrarium doceat. Gisebert. *Justin. Harmon. ad b. t. n. 138. seq.*

De servit. altius non tollendi.

§. V. De servitute *altius non tollendi* nulla subest controversia, illi adhuc hodie locum esse; Vicinus enim hic aliquid in mei prædij utilitatem non facere tenetur, ne forte altius ædificando prospectui obsit, aut alium ædium mearum usum mihi adimat, quod alias in suo fundo libere facit, etiamsi alter incommodum inde sentiat, arg. *l. 24. §. fin. ff. de damn. inf.* nec huic facultati libe-



ere ædificandi, cum naturalis sit, præscriptum cense-  
tur, Mev. ad Jus Lubec. Libr. 3. Tit. 12. art. 8. n. 17.

§. VI. Sed quod attinet servitutum *altius tollen-*  
*di*, in ea explicanda variant. Si enim hæc vulgari sen-  
su capiatur, ut vicinum compellere possim, ad altius  
tollendas ædes in mearum ædium utilitatem, prout  
existimat Carpz. P 2. Const. 41. def. 13. plane discederemus  
ab indole servitutum, nec ita ad sensum juris Romani  
pertineret. Sed annon hodie sustinebitur hæc con-  
ventio? Affirmat hoc post Manzum Dn. Schilter. Ex-  
erc. 18. ad ff. §. 12. Sed ipse subjicit; hoc non ad jus Ro-  
manum, verum ad auctoritatem interpretum referen-  
dum esse: Dubito autem, annon hodie ex illa promissio-  
ne de altius tollendo alia quam ex pacto nascatur  
obligatio, per ea quæ dixi ad Tit. præced. §. 3. Et hinc si  
Dominus ædium, qui se altius tollere velle promisit, an-  
tequam id fecerit, illas vendat, non video, qua actione  
compelli possit successor singularis, ad promissum hoc  
adimplendum. Conf. Dn. Lauterbach in Collog. Theoret.  
Pract. ad ff. b. t. t. b. 4. licet & hic, quantum ad mores, se  
referat ad Manzum.

§. VII. Commodior & juri Romano convenien-  
tior est hujus servitutis *altius tollendi* explicatio, quam  
suppeditat Dn. Pagenstecher in notis ad Lauterbachii  
*compendium*, Manip. 3. p. 70. eandem describendo, quod  
fit jus vicini ædes opera sumtuque nostris altius eve-  
hendi, ita ut vicinus hoc pati teneatur: Hac ratione  
serviens hic nihil facit, sed patitur, dominantem quid fa-  
cere in prædii dominantis utilitatem. Quæ sententia  
omnino admitti potest, non quidem hoc effectu, sicut  
existimat Jctus celeberrimus, ut illud, quod ædibus vi-  
cino

Altius tollen-  
di.

Alia explica-  
tio.

Dominus  
serviens



cino superstructum, fiat nostrum, quia opera impensa-  
que nostris hoc factum; ita enim degeneraret in servi-  
tutem oneris ferendi, dum vicinus pati debet, ut pars  
illa, quæ altius ædificando nostra facta est, parietibus  
ipsius incumbat; sed hoc effectu, ut commodum mea-  
rum ædium, ex vicini ædibus exaltatis oriens, quod  
non raro majus impensis esse potest, ita promoveatur.

Receptior  
sententia.

§. VIII. Alias casum hujus servitutis ita concipi-  
unt; quia jure libertatis communis ad cælum cuivis  
ædificare permissum, *L. altius 8. C. de servit.* supponen-  
dum esse statutum, hanc libertatem restringens, ut scilicet  
invito vicino nemo altius ædes suas tollere possit, huic,  
si contra fiat, concessa facultate opus novum nunci-  
andi. Quod si enim propter publicum Civitatis splen-  
dorem & aspectum gratiorem id interdictum sit, nil  
proderit vicini patientia, sed à Principe jus altius æ-  
dificandi impetrandum foret. In vicini ergo commo-  
dum si conceptum sit statutum, hoc patientiam pro-  
mittente, nascitur illa servitus; nec præcise exin-  
de connascitur *servitus altius non tollendi*; non enim  
mea interest semper, ne altius ædificet vicinus, nisi  
ego altius ædificando liberiores undiquaque prospe-  
ctum mihi parare voluerim. Quod si enim solam  
cœnaculorum multiplicationem intendero, nullis à la-  
tere desideratis luminibus, & hinc mihi magis com-  
modo, quam oneri sit, si vicinus suas quoque ædes ad  
eandem tollere velit altitudinem, tunc sane casus ade-  
rit, ubi servitus *altius tollendi* sola est, nec continet al-  
teram, *altius non tollendi*, aut *luminibus officiendi*, quod  
tamen huic servituti conjungitur in *L. 1. ff. h. t.* & hoc  
quoque intendit Dn. Schilter. *Exerc. 18. §. 8.* Nec obsta-  
bit huic servituti, quod vicinus jus ex statuto quæsitum

An jus altius  
tollendi con-  
tinet quoque  
jus non tol-  
lendi?

Dubium re-  
solvitur.

re-



remittens, non concedat facultatem altius tollendi, sed res redeat ad libertatem naturalem: Idem enim dubium moveri aliis servitutibus posset, nam ex libertate naturali etiam in alieno venari licet, quod postquam moribus interdictum, si eadem licentia mihi restituatur certe servitus inde nascitur. Sufficit itaque pro statu præsentis Civitatis, negotium aliquod non amplius ex libertate naturali, sed gratia & patientia vicini dependere.

§. IX. Progredior ad Jura *luminum*, ubi jure civili expeditum est, unumquemvis in suo pariete fenestras aperire posse, ut inde pateat prospectus in viciniam. *L. 8. §. 5. ff. si servit. vind.* nec enim hic quid immittitur in alienum, nec vicino injuria infertur, dum meum intendo commodum, non vicini damnum, licet hoc per consequens sentiat. *L. 24. §. fin. ff. de damn. inf.* Huic itaque avertendo ipsi paratum est remedium, contra ædificando prospectum in ipsius aream impediendi, *L. 9. §. 10. ff. b. t.* Hoc itaque ne fiat, necessaria servitus est, ne luminibus officiat per *L. 4. 15. §. 17. pr. §. 1. §. 2. ff. b. t.* Ut autem libertas illa in suo fenestras faciendi citra ullum vicini assensum etiam in foro competat, *Carpz. P. 2. Const. 41. def. 12.* attamen non desunt locorum statuta, ubi servitute opus est, ut in meo etiam pariete fenestras aperire possim. Sic Jure Lubecensi *P. 3. Art. 13.* adversus plateam unicuique quidem permisum est aperire fenestras, sed prope aream vicini hoc permisum non est, nisi hic consenserit, aut antiquitus ibi fenestræ extiterint, *Mev. ad jus Lubec. d. Art. 13. n. 8.* Simile jus Hamburgi obtinet, *Stat. Hamb. P. 2. T. 20. Art. 8. in fin.* Idem quoque hoc placuit in statutis Ulmensibus

Servitus luminum.

Ne luminibus officiat.

Statuta contraria.

C

in



in der Bau-Ordnung Tit. 10. §. 1. ubi singulare est, quod juri immittendi stillicidii jus fenestras aperiendi conjunctum sit.

An ad fenestras claudendas vel muniendas compelli possit?

§. X. Quæritur autem hic, an, si quis jure suo fenestras fecerit, & vicino commodum non sit contrædificando illas impedire, hic jus habeat ipsum compellendi, ut fenestras clausas, & ita obseratas habeat, ne inde quid effundi, vel quis in aream vicini inde descendere possit? Negandum hoc puto, cum nullibi id exigat jus nostrum: Quod si tamen quid inde immittatur, vel exinde damnum detur, non denegat actiones ordinarias ad damni reparationem ordinatas. Interim humanius fecerit fenestrarum dominus, si has ita extruat, ut omne damnum in tempore impediatur, & vicinus opere ipso sentiat, nihil ad æmulationem hic factum esse. Sed cum rarior quandoque sit hæc humanitatis exhibitio, statutis plerumque caveri solet, ut fenestras muniat cancellis ferreis, sicuti cautum est statutis Ulmensibus d. 1. §. 3. Idem constitutum est de Jure Prutenico L. 3. tit. 2. art. 2. §. ult. Es soll ein jeder / der in seiner Wand Fenster hat / dadurch ohne Mittel in des andern seines Nachbarn Grund / Haus und Hoff gesehen werden mag / solche Fenster verremsen und vermachen / mit Eisen ohngefährlich / auff das kein Schade daraus geschehe / mit Einsteigen oder sonst. Verum, uti dicebam, deficiente statuto, jus ad hoc compellendi vicinum non competit.

Servitus luminum continet quoque et luminibus officiat.

§. XI. Ipsa servitus *Luminum* se exserit in casu, ubi meo jure invito vicino fenestras facere non licet, quod regulariter in pariete alieno non tantum, sed & communi contingit, nam & in hoc melior est ratio prohibentis. L. Sabinus. 28. ff. comm. divid. Zoes. ad ff. b. t. n. 9. Manz. ad b. l. n. 116. Imo eadem servitute opus est, sicubi per



DE SERVIT. URB. PRÆD.

per statutum in pariete proprio fenestras facere non licet, uti de Jure Lubecensi dictum est §. 9. Constituta autem hæc servitus, per consequens servitute continet illam, ne luminibus officiat; Existimat quidē Manzius, ad h. t. n. 114. illum qui luminum servitute debet, posse cœteras vicini fenestras altius tollendo obscurare, modo unam fenestram ita relinquat apertam, ut per hanc satis luminis habeat, ad usus necessitatem; quod secus in servitute, ne luminibus officiat. Verum ipse alios à se dissentire fatetur, quibus subscribendum censeo. Qui enim concedit, ut fenestras in suo pariete faciam, ille simul promittit tacite, se has non obscuraturum, alioqui quod una manu concederet, altera auferret. Nec solemus hodie solam luminis participationem, sed simul commoditatem ædium ex augmento luminis per plures fenestras immitti intendere.

An differant

10

§. XII. Cæterum ubi de luminibus non officien-  
dis servitus constituta, ad præsentia lumina respexisse videtur vicinus; hinc si nova vel ampliora dominantis prædii dominus exstruere velit, justa contradicendi, vel his officendi occasio ipsi nascitur. Ea de re consulti quondam in Facult. Jurid. Francofurtana A. 1687. Mens. April. sequenti modo respondimus ad quæstionem Ob Kläger alle des Beklagten in seiner Wand gemachte Fenster/oder nur etliche davon zu leiden schuldig/oder ob ihm nicht vielmehr ex jure naturalis libertatis dagegen zu bauen frey stehe? So scheint zwar (1) vor dem Beklagten zu militiren/ daß er die ißtstreitigen Fenster nicht in pariete communi vel alieno, sondern in seiner selbst eigenen Mauer gemachet / und die Rechte einem jedweden verstaten / seine eigene Mauer durchzubrechen/ und darinn nach Belieben Fenster zu machen/ Manz. de servit. Urb. præd. T. 2. qu. 63. n. 194. Capolla de servit. cap. 62. quod procedit, etiamsi per fenestras illas prospectum

An luminibus futuris vel auctis quis officere possit?

Quæstio.

Rationes dubitandi.

Manz. de servit. Urb. præd. T. 2. qu. 63. n. 194. Capolla de servit. cap. 62.





habeam in fundum alienum, Cephal. *cons.* 130. Maceraten. *L. 2. Resol.* 20. n. 9. possum enim utilitatem mearum ædium pro lubitu promovere, nec censetur fenestras ad alterius æmulationem fecisse, qui lumen alias æque bene & commode habere nequit. Fr. Nigr. *Cyriac. controuv. forens.* l. 4. *controuv.* 613. n. 19. (2) Auch solches jus extruendi fenestras sonder Zweifel das jus amplificandi mit sich führet Ferdin. Ar. de Mesa. *L. 3. Resol.* c. 14. n. 4. Covarruv. *variatar. resol.* L. 1. c. 13. n. 9. v. 7. cui concessum enim, quod majus est, illi quod minus est, non est denegandum, *L. 21. ff. de R. J.* Nun hat aber ein jeder Dominus die Freiheit nach gefallen in seiner Mauer Fenster zumachen wann gleich sonst binnen 100. Jahr in solcher Mauer kein Fenster gewesen. Manz. *d. qu. 63. n. 203.* (3) Kommt hierzu ein deutlicher Vergleich de Ao. 1569. worinnen die vorigen possessores sich expresse verglichen / daß die damahls vorhanden gewesene Fenster nicht sollen verbanet werden / wodurch die servitus ne luminibus officiatur klahr constituiret worden / quæ ipsa servitus tanquam realis sine dubio ad successores devolvitur. Carpz. *P. 2. Constit.* 41. *def.* 14. Joh. Petr. *Surd. vol. 1. cons.* 17. n. 12. und ob zwar anho neue Fenster gemachet worden / so ist doch rechtens / quod servitus ne luminibus officiatur, non tantum ad præsentia, sed & ad futura extendatur. *per L. si servitus 23. ff. de S. U. P.* Ferdin. Ar. de Mesa. *d. c. 14. n. 2.* Hierzu kommt / daß Ao 1676. d. 31. Maj. mit des Klägers Antecessore ein neuer Vergleich und zwar titulo oneroso getroffen / indem der F. V. L. an statt dessen / daß der Beklagte die Scheide-Mauer auff seine eigene Unkosten hinwieder auffgeföhret / ihm vergönnet / nicht allein die alten Fenster größer / sondern auch eine neue Eröffnung zu andern Fenstern in der Mauer zumachen / daß also Beklagter nicht allein naturalem libertatem in re sua faciendi, quid velit, sondern auch concessionem vicini expressam vor sich hat / wodurch denn Kläger die potestas contra ædificandi & ita fenestras obscurandi benommen zu seyn scheint.

Rationes decidendi.

§. XIII. Weil aber hingegen (1) die allgemeinen Rechte einem jedweden Domino vergönnet auff seinem Hofse zu bauen



en/wie er wil/ also ut ad cœlum usque ædificare possit *Dd. ad L. alius. 8. C. de servit.* (2) Solche facultas ædificandi auch dergestalt generaliter verstattet ist/ ut liceat tollere ædes ad obscurandas ædes vicinas, ita ut vicino eo nomine nulla competat actio. *L. cum eo 9. ff. de Servit. II. P.* Ea enim libertate, qua alteri in suo muro licentia competit fenestras faciendi, alter easdem contra ædificando obscurare potest. *Henr. Zoes. Comm. dig. tit. de servit. II. P. Manzius d. t. 2. qu. 63. n. 211.* (3) Hierwider auch keine præscriptio, etiam si immemorialis sit, allegirt werden mag/ cum ædificare in re sua, sit res meræ facultatis, cui nunquam præscribitur, nec tempore immemoriali. *Klock. vol. 1. cons. 18. n. 35. Matth. de Afflictis. dec. 388.* & in specie nullam præscriptionem opponi posse, ne liceat ædificando in suo obscurare fenestras alterius, tradunt *Horat. Carpan. ad Statut. Mediolanens. P. 2. c. 333. n. 28. Capolla de servit. II. P. c. 62. n. 5.* zumahlen da niemahls dergleichen Bau von dem Kläger oder dessen Vorfahren intendiret/ oder vorgenommen/ und von dem Gegentheil inhibirt worden/ jam vero notum est, servitutes negativas, quorsum etiam pertinet servitus ne luminibus officiatur, non acquiri à vicino, nisi præcedente prohibitione & subsequuta patientia *Carpz. P. 2. C. 4. def. 13. n. 1. Balbus de præscr. P. 4. part. 5. Princip. quest. 5. n. 3.* Wie denn eine servitus nicht præsumiret wird/ sondern ab allegante erwiesen werden muß. *Joh. Petr. Actolinus. Resol. for. 4. n. 11.* adeo ut servitutum negare sufficiat sine contrarii probatione. *Olivar. Razzal. dec. Rom. 1422. n. 13.* quæ probatio servitutis incumbit alleganti, etiam si in servitutis possessione sit constitutus. *Pruckmann Vol. 2. cons. 27. n. 112.* Daher auch die Servitus ne luminibus officiatur eben falls nicht zu præsumiren/ sondern deutlich zu erweisen.

§. XIV. Und können die vorher angeführte rationes dubitandi hierwieder nichts verfangen/ allermassen die 1. Ratio an sich zwar richtig ist/ es wird aber per facultatem faciendi fenestras dem Nachbar die facultas contra ædificandi & obscurandi lumina nicht benommen/ sondern solches ist ihm viel



mehr de jure vergönnet. vid. *adduct. Rat. decid. 2.* Die andere Rat. dubit. wird ebener maßen beantwortet / denn ob zwar die Vergrößerung der Fenster abermahls einem jeden jure domini in seiner Mauer zustehet / so bleibet doch dem Nachbahr unbenommen / solche vergrößerte Fenster zu verbauen. Quod enim uni jure naturalis libertatis licet, hoc alteri ex eadem libertate non denegandum, jedennoch weil Beklagter das Recht seine Fenster zu erweitern ex jure servitutis superiori seculo concessa, zu defendiren suchet / so ist alhie billig zu attendiren / daß daselbst nur zwey kleine Fenster zu dulden versprochen / in welchen Fall Rechtens / quod servitutum habens non possit eam ampliorem facere. Joh. Fr. Andreol. *contr. forens. 217. n. 13. arg. L. 20. §. 5. ff. de S. U. P. aut duriozem, Menoch. cons. 1237. n. 31.* servitutibus enim civiliter utendum, & non alio modo quam quo concessa Franc. Marci. *Tom. 2. Decis. Quast. 546. n. 1.* Wammes. *cons. civil. centur. 2. cons. 31. n. 12.* Die 3te Rationem dubitandi betreffend / ist bekant / quod omnis transactio sit stricti juris, ideoque ultra id, quod conventum non extendenda. *L. si de certa 31. C. de transact. & ibi Dd.* Nun zeigt aber littera transactionis ganz deutlich / daß darinn die Macht promiscue Fenster zu haben / keines weges verstatet / sondern es sind nur 2. kleine Fenster zugelassen / welche mit eisern Gittern haben verwahret werden sollen / damit niemand hindurch kucken / noch etwas heraus gießen könne / und respectu dieser beyder Fenster / so damahls gewesen / ist versprochen / selbe nicht zu verbauen / es sind aber solche beyde Fenster ultra modum præscriptum nicht allein vergrößert / sondern noch 6. andere große neue Fenster in der Mauer dazu gemacht / daß also die limites transactionis gänzlich überschritten worden / da doch sonst die servitutes concessa stricti juris seynd. Fr. Tondut. *Sanleger resolut. civil. P. 2. c. 150. n. 3. p. 119.* Et in servitutibus non debet fieri extensio de similibus ad similia. I. Maria Novarius. *Tr. de gravaminibus vasallorum Tom. 1. gravam. 80. n. 4. & Tom. 2. gravam. 94. n. 5.* woraus zugleich folget / daß weil Beklagter von dem Transact durch Veränderung der Fenster



## DE SERVIT. URB. PRÆD.

23

Fenster abgeschritten / Kläger solchen ferner zu geleben / und die veränderte Fenster unverbauet zu lassen / nicht verbundē sey / quando enim una pars à transactione discedit, nec altera pars ad eam servandam obligatur. *L. si diversa pars 14. C. de transact.* Aug. Barbosa in *Comm. C. ad L. 14. n. 2.* Cardin. Mantica de *Tacit. & ambig. convent. L. 26. T. 8. n. 1.* Die 4. Rat. dubit. hat zwar ihre Richtigkeit / si servitus, ne luminibus officiatur, generaliter vel indefinite constituta sit, nam verbo generali illam efficaciam tribuit Pomponius, in *d. L. si servitus 23. ff. de S. U. P.* solche generalitas aber ist in dem alten Transact keinesweges befindlich / sondern es ist darin ein determinatus numerus und determinata qualitas der Fenster enthalten / nemlich zweyer kleinen Fenster / welche mit eisernen Gittern verwahret werden sollen / jam vero servitute tantum utendum est secundum modum conventum Carpz. *P. 2. decis. 106. n. 7.* deshalb in gegenwärtigen casu pro decisione anzuziehen seyn die verba initialia *d. L. 23. si servitus imposita sit, Lumina qua nunc sunt, ut ita sint,* de futuris luminibus nihil caveri videtur, Nun ist aber in dem Vergleich nur von denen beyden Fenstern welche das mahl gewesen / Abrede genommen / kan also ad fenestras futuras daraus keine extension genommen werden. Was die 5. Rat. dubit. betrifft / ist daselbst den Beklagten keine völlige Freyheit nach beliebigen Fenster zu machen / sondern nur ein neues Fenster aus der Cammer zu brechen verstattet / jedoch dergestalt / daß er sich hingegen auheischich gemacht / die baufällige Scheide-Mauer auf dem Hofse hinwieder auf seine eigene Kosten zum guten Stande zu bringen / und nachmals die Fenster mit Gitterwerck wol zu verwahren / es ist aber keines von solchen præstandis erfüllet worden / in dem die Mauer weiter nicht verbessert / als so weit Beklagter zu Beförderung seines Brauhauses solche Mauer zu seinem Vortheil gebrauchen können / ebenfalls sind die Gatterwercke vor die Fenster nicht gemacht / und über dem mehr als ein Fenster eingebrochen / so kan daher Beklagten sothaner transaction, als welche er selbst nicht erfüllet / keinesweges sich bedienen / exceptio enim im-

10

D. 23.

ad servitutes  
et non nisi  
ibidem



implementi non secuti à parte alterius contra omnem conventionem & transactionem, imo etiam contra instrumentum liquidissimum opponi potest. Carpz. *P. 1. const. 8 def. 17.* & impedit hæc exceptio litis ingressum, etiam si contractus fuerit juratus, Zanger. *de Except. P. 3. c. 22. n. 2. seqq.* Hiezu kömmt/ daß des Klägers Antecessor so bald er wahrgenommen / daß Beklagter die limites des Vergleichs überschritten / demselben contradiciret / und die Enderung solcher Fenster urgiret / und zwar in specie, damit es dem künftigen Besitzer / welcher iho Kläger ist / nicht unleidlich falle. Daraus erstlich abzunehmen / daß Beklagter dem Vergleich nicht gemäß gelebet / und nachmals / daß der F. V. L. seinem successori præsertim singulari per illam amicam concessionem nicht præjudiciren wollen / daher respectu des F. V. L. nur ein pactum personale vorhanden / dadurch der ihoige Kläger als Successor singularis nicht constringiret werden können / *L. ult. §. ult. ff. de contrah. Empt. Vultej. consil. Marpurg. vol. 2. cons. 28. n. 155. Molin. de J. & J. Tr. 2. disp. 298. n. 19.* bleibt also dieser letzte transact ganz ohne effect. Aus welchen allen wir davor halten / daß Kläger mehr Fenster / als welche ao. 1569. gewesen / auch selbe nicht in anderer qualität / als wie es damahls verglichen / zu dulden schuldig / sondern es ist Beklagter die übrigen Fenster hinwieder zu vermauern / oder daß solche aufer denen zweyen / so tempore transactionis gewesen / von Kläger verbauet werden / zu leiden schuldig / potest enim quis omnes fenestras obstruere excepta una vel altera, si hoc sit actum. Busius *ad L. 22. n. 4. de S. U. P.*

Decisio.

Servitus fenestras non habendi.

§. XV. Hac occasione non omittenda servitus à plerisque neglecta, vel non adducta, necessaria tamen vicino ad avertendum incommodum ex alterius fenestris metuendum scil. *Servitus lumina vel fenestras non habendi* in proprio pariete, de qua vid. Manzius *ad tit. de S. U. P. n. 123.* Cum enim, uti supra quoque dictum, in suo pariete tot fenestras aperire possit quod voluerit *arg. L. 8. §. 5. ff. si servit. vind. vicinus nullum jus prohibendi ha-*



habere poterit, etiam si per centum annos in illo loco nullæ fuerint fenestræ; quæ enim jure libertatis naturalis cuius competitunt in suo fundo, terminis præscriptionum obnoxia non sunt, per allegata in Responso præced. *Rat. decid. 2.* Remanet quidem alteri facultas, nova hæc lumina contra ædificando obscurandi, sed cum aræ spatium sæpius non capiat ædificium illis fenestris opponendum, & interim semper incommodum ex futuris vicini fenestris metuendum sit, utilissimum sane erit, servitutum de fenestris nunquam aperiendis stipulari. Adfunt enim hic omnia veræ servitutis requisita, quia vicinus in suis ædibus quid non facere tenetur, in mearum ædium utilitatem, ut hinc veram hanc servitutum etiam Romano jure dicendam esse, ut ut nominatenus expressa non sit, nullus dubitem.

§. XVI. Et huc quoque referri posset servitus *De horreo non habendo.* in suo fundo, si antea ibi nullum fuerit, quod in hac Civitate Halensi juris est, per Constit. publicam in *der verneuerten Regiments Ordnung de A. 1687. Artic. 34. §. 6.* Cujus hæc verba sunt: *Neue Scheunen sollen nicht an die Straßen gebauet / auch wo vorher keine gestanden / neue dahin nicht gesetzt / auch die Mals Häuser mit Gewölben und sonst wol verwahret / auch die Ziegel auf den Sächern nicht in strohstocken eingelegt werden.* Quæritur autem occasione hujus ordinationis, an jus habendi horreum aliquis consensu vicini, non obstante illa prohibitione, consequi possit? Et puto quod non, quia prohibitio illa non interesse vicini, sed securitatem totius civitatis respicit, quo urbs à periculo incendii liberetur. Quapropter Principis dispensatione opus foret, à quo prohibitio illa profecta. Alia ergo ratio subest, si prohibitio in favorem vicini concepta, ne hoc invito tale æ-

D di-

10





dificium exstruatur; hoc itaque consentiente nascere-  
tur servitus, *horreum in meo habendi*, & ita meum præ-  
dium fit dominans, alterius autem serviens, cum ejus  
Dominus ad patiendum hoc horreum obligetur.

Ne prospectui  
officiatur.

§. XVII. Proxima servituti, ne luminibus offi-  
ciatur, est illa, *ne prospectui officiat*; quæ in eo amplior  
est priori, quia omne impedimentum tollit, quod gra-  
tiores prospectum & liberum undiquaque impedire  
possit; illa vero continet hoc tantum, ne lumina mea  
fiant obscuriora *L. Inter servitutes 15. ff. de S. U. P.* unde  
quæ ædificia vicini altitudine fenestras non attingunt,  
illa vi servitutis, *ne luminibus officiat*, impediri neque-  
unt; sufficit enim, quod cælum videre possit, & ita ex  
ædificio nulla obscuritas ipsi obveniat Aliud in non offi-  
ciendo prospectui *L. 16. ff. b. t.* Manzius *ad b. t. n. 122.*  
Angustior adhuc est *servitus prospectus*, vel *prospiciendi*,  
hæc enim plerumque respectum habet ad certum locum,  
scil. ne impediatur prospectus in hortum, vel pratum,  
vel ad horologium. Schneidew. *ad §. Prædiorum n. 26.*  
*Inst. b. t.*

Servitus fora-  
minis,

§. XVIII. Servitus per foramen aquas everrendi,  
cum causam continuam non habeat, vera servitus esse  
negatur, *L. foramen 28. ff. b. t.* nisi aqua pluvialis con-  
currat: Hodie vero hanc scrupulositatem de perpetui-  
tate causæ non attendi, sed tale jus ad instar servitutis  
censeri, recte monet Grœnweg. *d. 1. LL. abrog. ad d. L. 28.*  
sufficit enim, quod vicinus hic quid pati debeat in mei  
prædii utilitatem; quæ hoc passu evidens est, non tan-  
tum in casu, si aquam abluendi pavimenti causa adhibi-  
tam per foramen in fundum alterius dimittere possim;  
sed &, si idem hoc liceat in purgandis vasis culinaribus,  
quod vulgo dicimus; *eine Gasse nach des Nachbahren*  
Ho



Hoff zu haben/ quamvis enim aqua pluvialis non concurrat, in praxi tamen rideretur, qui molestiam illam pro servitute non agnosceret. Manz. *ad b. t. n. 168. Dn. Brunnem. ad d. L. 28. n. 8. Conf. Dn. Schilter Exerc. 18. ad ff. th. 13. §. 16.*

§. XIX. Circa servitutum *Cloacæ* nihil occurrit, quod in praxi peculiariter observandum. Cum tamen hodie frequens inter vicinos controversia sit, an & quousque vicinus locum necessarium in suo pariete extruere, & an alter ob fœtorem se per aream suam diffundentem illi contradicere possit, hoc non prætereundum. Non autem quæstio est de casu, ubi excrementa in fundum vicini decidunt, aut quicquam ex his eo derivatur, hoc enim cum actualem immisionem in fundum alienum contineret, sine servitute constituta non permissum esset, *L. sicut 8. §. Aristo. 5. ff. si servit. vind. & hinc nec sterculinium in meo habere possum, si paries vicini inde madefiat L. si quando 17. in fin. ff. eod. quod & jure Svecico interdictum est. Loccen. Synops. Jur. privati Svecorum Dissert. 5. §. 59. imo jure Ulmensi eapropter quatuor pedibus a pariete vicini distare debet. Vid. Bauordnung Tit. 16. §. 4. sed quæstio tantum est de incommodo fœtoris, quod vicino sustinendum, an eapropter constructio impediri possit? Negat hoc Carpz. *P. 2. Dec. 108. n. 6. sqq.* qui vicinum contra ædificando incommodum hoc avertere debere putat: Sed cum etiam fœtoris immissio noxia sit vicino, non aliter latrinæ extrusionem in pariete admittendam censeo, quam si hoc ita fiat, ut fœtoris molestia impediatur, de quo pluribus actum in *Tr. de Jur. sens. Disp. 5. c. 3. n. 19. §. sqq.**

§. XX. Non dissimilis ratio est, quoad furnum a vicino extructum, nam & hic non leve incommodum

Servitus Cloacæ.

De loco necessario.

omobell  
stotrand

De furno non extruendo.



ex fumo in nostram aream immisso nasci solet, ut hinc  
 citra servitatem hoc non liceat *L. Sicut 8. §. Aristos. ff. si  
 servit. vind.* adeo ut si studio in molestiam vicini fumum  
 quis excitaverit, etiam injuriarum teneatur *L. pen. ff. de  
 injur.* Alia ratio est, si quis igne solito in suis ædibus utatur,  
 & inde ex furno aliquid in vicini aream transeat, hæc  
 enim jure vicinitatis æquo animo ferre tenetur vicini-  
 nus. Petr. Gregor. *Tholosan. Syntagm. Jur. Univers. lib. 4.  
 c. 13. n. 4. sqq.* Prior enim assertio ad ignem insolitum ex  
 furno noviter exstructo oriundum pertinet; vel etiam  
 si quis res foetidas comburendo molestiam vicino creet.  
 Cæpolla *de S. U. P. cap. 53.* Deinde etiam ex furno pericu-  
 lum incendii nascitur, *L. 24. §. Præterea si furni 7. ff. de damn.  
 infect.* quod vicino justam contradicendi causam sup-  
 peditat; & inde cum nuper in hac Civitate aliquis ab  
 Elect. Sereniss. jus furni impetrasset, additum fuit in Re-  
 scripto *de Ao. 1698. d. 19. Aug.* ut hanc boni patris familias  
 diligentiam adhibeat, quo periculum incendii evitetur.  
 Reliqua quæ ad jus furni habendi, vel vicinos, ut furno  
 meo utantur, compellendi pertinent, videri poterunt  
 in *Disp. de Jure furnorum Volum. 3.*

De domo  
 braxatoria.

§. XXI. Ea quæ de exstructione furni jam dicta  
 sunt, applicari possunt ædibus coquendæ cerevisiæ de-  
 stinatis, ex quibus pariter non leve incommodum susti-  
 net vicinus. Hinc in facto disputatum memini, an  
 alicui jus sit prohibendi vicinum, ne in suo ædificet do-  
 mum braxatoriam, ob periculum incendii quod inde  
 alteri imminebat? De qua re ita respondimus in *Facult.  
 Jurid. Francof. Ao. 1688. Mens. April.* cujus verba, cum  
 ad materiam servitutum plenius illustrandam faci-  
 ant, huc referre lubet, quæstio autem hæc erat:

Ob



305

Ob nicht Beklagter / das vor diesem ein Brau- und Malz-<sup>Quæstio.</sup>  
 Haus in seinen Hoffe gestanden / zusehender zubeweisen / oder  
 niedrigen Falls solches weg zureißen verbunden / und wann  
 er solches gleich beybrächte ; Ob er nicht zum wenigsten von  
 Klägers Mauer 2 Schuhlang abzurücken / und also Klägers  
 Mauer unberührt zulassen pflichtig ? So ist zwar an dem  
 daß einem jeden in seinem Hoffe alles dasjenige zu bauen frey-<sup>Ratio dubi-</sup>  
 gelassen / wodurch er seinen Nutzen zubefordern vermeinet / ob  
 gleich dadurch dem vicino ein Schaden zuwachsen möchte.  
*per L. Fluminum 24. §. fin. & L. Proculus 26. ff. de damn. inf. Carpz.*  
 P. 2. Const. 41. def. 11. Weil aber dennoch (1) in gegenwärtigen<sup>Rationes de-</sup>  
 Fall ein Brau-Haus auffzurichten nicht res mera facultatis  
 ist / sondern es ist ein jedweder zuerweisen schuldig / daß er ei-  
 ne Braustelle habe per mores Marchiæ notorios. (2) Ein  
 Nachbar auch dergleichen neues Gebäu / dadurch er in conti-  
 nuirenden periculo stehet / daß seinem Hause dadurch große  
 Gefahr zustossen werde / zudulden nicht verbunden / sondern  
 es ist der ander ihm deshalb cautionem de damno infecto zu  
 leisten schuldig / quam cautionem toties exigere à vicino li-  
 cet, quoties damnum aliquod probabiliter metuitur ; omni e-  
 nim damnum timenti succurrit Prætor. *L. eorum. 19. §. fin. ff. de*  
*damn. inf.* Quæ cautio etiam in periculo incendii obtinet, si  
 quis ex furno vicini damnum metuat. *L. Fluminum 24. §. Pra-*  
*terea si furni. 7. ff. de damn. inf.* Franc. Marci. P. 2. *Quæst. 482.*  
 n. 4. Imo in specie in casu damni ex braxatorio imminentis  
 idem asserit Lubler *Tr. de incend. c. 2. n. 46.* (3) Solcher metus  
 in diesem Fall umb so viel mehr pro justo zuachten / weil be-  
 reits in gedachten Brauhause zu zweyen mahlen Feuers Ges-  
 fahr entstanden. (4) Hiernechst in facto ex confessione Rei  
 unstreitig / daß die Mauer / an welchem das Brauhause gebau-  
 et / dem Kläger allein jure domini zuständig. Nichts desto  
 minder aber (5) der Beklagte sein Brauhause dergestalt gebau-  
 et / daß ein Theil davon auff Klägers Mauer gesehet / auch die  
 Balcken in solche Mauer geleget ; Nun ist aber in Rechten  
 bekant / quod eousque in suo quis facere possit, quid velit,  
 D 3 quo-

Ratio dubi-  
tandi.Rationes de-  
cedendi.

10



quousque non aliquid immittit in alienum. *l. sicut. §. S. Aristo*  
*5. ff. si servit. vindic. l. si quando. 17. in fin. ff. eod.* unde eatenus in  
 meo fundo cum incommodo vicini ædificare possum, quate-  
 nus nihil tangitur in re vicini, Maceraten *L. 2. Resol. 20. n. 8.* Et  
 murum juxta communem murum tunc facere licet, quando  
 non ita contiguus est, quo minus possit separari. Marci. *d. 2.*  
*482. n. 4.* (6) Wie denn dergestalt Beklagter sich einer servitut  
 de tigno immittendo expresse anmasset; Nun ist aber nie-  
 mand in Rechten vergönnet/ auff oder in eines andern Mauer  
 etwas zubauen / wenn ihm nicht die servitus tigni immittendi  
 verstattet ist. *L. hoc quod dictum 25. pr. ff. de S. U. P. L. 14. ff. si ser-*  
*vit. vind. Manzius de servitut. T. 2. Q. 2. n. 7.* inmaßen solches nicht  
 einmahl invito socio in re communi zugelassen *L. in re communi*  
*26. ff. de S. U. P. L. Sabinus. 28. ff. comm. divid.* (7) Ferner / ob  
 zwar die Dd. vermeinen / daß der *L. fin. ff. fin. regund.* nach dessen  
 Veranlassung ein Nachbar von des andern Mauer auf 2 Fuß  
 sein neues Gebau absetzen muß / nicht mehr in usu sey. D. Brun-  
 nem. *Comment. ad d. L. fin.* So wollen doch andere / daß propter  
 periculum incendii, so bey einem Brau-Hause allezeit zu be-  
 sorgen / ein gewisses spatium wenigstens pro arbitrio judicis ge-  
 lassen werden müsse / ut evitetur periculum ignis. Fr. Marci  
*P. 2. Quest. 482. n. 2. & 5. Lubler de incend. c. 2. n. 46.* Daher wir  
 davor halten / daß Beklagter züfoderst dem Kläger de damno  
 infecto zureichende Caution stellen / nachmals aber / sein Brau-  
 Haus dergestalt von des Klägers Mauer abrücke müsse / damit  
 pro arbitrio judicis ein kleines interstitium gelassen / oder doch  
 das Gebäude dergestalt gesetzt werde / daß es seine eigene von  
 Klägers unterschiedene Mauer habe / und selbe nicht berühre.  
 B. R. W. De cætero autem vicino jus contradicendi  
 esse ædificium noviter extruenti, si periculum incen-  
 dii inde immineat, cautum pariter est in Statutis Ulmen-  
 sibus, in der Bau-Ordnung *Tit. 4. §. 1. in med.*

Decisio.

Projectus vel  
 protegendi  
 servitus.

§. XXII. Plures adhuc servitutes urbanæ adduci  
 possent, exempli gratia, projectum vel exedram ha-  
 bendi super area vicini, einen Ercker oder Ausgebäu zu  
 ha-



haben / item jus protegendi, seu protectum habendi, fürdächer oder Wetterdächer zu haben / quod sane non liceret citra servitutis concessionem; sed cum hæc, & similia jura, ex ordinariis servitutum regulis determinari possint, non opus est, ut speciatim de his solliciti simus. Videri de illis poterit Manz. ad tit. de S. U. P. n. 178.

§. XXIII. Quæ autem huc usque de facultate in suo ædificandi dicta sunt, quod scil. quisque facere pro lubitu possit, quid velit, etiam si vicino inde damnum immineat; hoc omne temperandum est, modo faciat animo suam utilitatem promovendi, non vero ad æmulationem vicini, aut ejus injuriam; ita enim neque altius, neque aliter ædificare licet, etiam in re propria. Nov. 63. c. 1. cujus verba: ædificia faciens tanquã necessaria sibi, & inevitabilia futura, non autem propter vicini læsionem construat parietes, atq; ita privationem aspectus arripiat. Menoch. de A. J. 2. cas. 156. n. 3. §. 1. 6. pres. 29. n. 28. Mascard. de probat. concl. 621. n. 15. Pariter ob eandem rationem nec vicino permissum est, fenestras ad æmulationem faciendi in propria domo. Gail. L. 2. obs. 69. n. 17. Et hoc extenditur non tantum ad priuatos, sed & ad civitates & Respublicas. Sic opus novum nemo extruere potest, si ad æmulationem alterius civitatis pertineat, L. opus 3. ff. de oper. publ. quod in specie ad fortalitia ad æmulationem vicini non extruenda applicare solent, de quo videatur Myler. de Stat. Imper. p. 2. c. 77. §. 3. Quid vero sit ad æmulationem ædificare, hoc commode expressum est in statutis Ulmensibus Tit. 17. §. 2. Es soll fürnemlich für einen Neid-Bau erkant und gehalten werden / wann einer aus solchen seinen Bau einen schlechten Nutzen / sein Nachbar aber dagegen an Luft und Licht einen

De æmulatione  
ne evitanda.

10

obsequium  
causam  
restituere





nen großen Schaden hat / oder was dergleichen unnöthige  
Gebäu mehr wären. De qua materia pluribus actum est  
in Disput. de jure æmulationis, *quæ extat. vol. 3. disp. 17.*  
In compendio dici poterit, quod tibi non prodest alteri  
vero nocet, hoc ut omittas, compelli poteris. *arg. L. 2.*  
*§. 5. ff. de Aqua & aqua plu. arc.*

## TITULUS III.

De

SERVITUTIBUS RUSTICO-  
RUM PRÆDIORUM.

§. I.

Ufus tituli.

**R**usticorum prædiorum servitutes hodie in foro  
æque distingvuntur ab urbanis, prout jure Ro-  
mano cautum, & jam supra à nobis ostensum est. Nec  
species harum servitutum in præsentì titulo recensitæ,  
ab usu recesserunt, sed plures adhuc inventæ, pro di-  
versitate utilitatis, quæ nostro prædiorustico ex alieno  
accedere potest. Cum ergo quotidiana hæc materia  
sit, paucis singulas servitutes percurrere lubet.

Iter quando  
que urbana  
servitus.

§. II. Iter Germanice *der Fußsteig* prima species  
est, quam refert Ulpianus *in L. 1. b. t.* quod cum in jure  
eundi ambulandi hominis constituat, merito hic atten-  
dendum, an hoc jus eundi mihi competat in utilitatem  
prædii mei urbani, an rustici; Diverso enim intuitu  
iter quoque urbana servitus esse poterit, cujus in foro  
insignis effectus est, ut jus itineris ad ædes meas per  
fundum alienum decennio; ad prædium meum rusti-  
cum vero, non nisi immemoriali tempore acquiratur,  
postquam illa Practicorum sententia invaluit, ad rusti-  
cas immemoriale tempus exigi, de quo dictum *Tit. de*  
*servitutib. §. 6.* Probetamen in hac & similibus servi-  
tu-



tutibus attendendum, quod multum interfit, an quis jure eundi utatur ex amicitia vel familiaritate, quæ ipsi cum vicino intercedit, tunc enim nullum jus servitutis inde nascitur, *L. qui jure familiaritatis. 41. ff. de acquir. poss.* cum actus jure familiaritatis gesti, nullum jus tribuant. *Post. de manuten. Obs. 53. n. 2.* imo nequidem possessionem, *Klock. Vol. I. Conf. 21. n. 29.* An vero itinere utatur ex prætenso jure competente. Cavendum tamen ne tandem ex actu familiari jus prætendatur, alias si metus subsit, literis reversalibus utendum est, de quo vid. *Disp. de jur. familiarit. cap. 4.*

§. III. Altera species servitutis rusticæ est ACTUS, sive jus agendi pecus per fundum alienum Germanice *die triff über eines andern Felder / oder den Vieh-Trieb /* quamvis insuper etiam jus vehiculum ducendi contineat. *l. 1. pr. b. tit.* quorsum non pertinet jus sella vel lectica vehendi, non quasi hoc non possit, cuius agendi competit, sed quod hoc etiam juri itineris sit connexum. *l. qui sella. 7. pr. ff. b. t.* quod tamen ad sellas vel lecticas ab homine vel equis se invicem sequentibus portatas spectare puto, quia sic latitudinem itineris non excedunt hoc jure utentes: Quod si vero bigis trahatur vehiculum sellæ speciem habens, illi solum hoc permissum esset, qui actu gaudet, non qui tantum itinere. Imo etiam si unico tantum equo trahatur hujus generis vehiculum, cum distantia rotarum majus spatium occupet, quam quidem itineri destinatum est, actum habeat necessum est, qui hoc jure uti velit; & hinc, si ad nostra vehiculorum genera jus applicandum sit, is, qui iter habet, non tantum *plaustro* vel *carruca* in illo loco abstinere debet, sed nec ipsi permissum erit *epirhedio* aut *essedæ*, vel *pilento* uti, sive quadrigis, sive bigis, sive uno

De actu

De diversitate vehiculi.

E tan-

307

*M*

10





tantum equo trahantur, es sey eine Chaise mit 4 Redern / oder eine Chaise roulante mit 2 Redern und einem Pferde.

Actus an ad  
sola jumenta  
pertineat?

§. IV. Sed ut ad jumenta revertamur, non poterit hoc jus agendi ad hæc sola restringi, seu ad illa animalia quæ dorso domantur. *Harpr. Inst. b. t. n. 32.* unde disputatum quondam apud Jctos fuit, an boves ad armenta vel jumenta sint referendi. *L. Boves. 89. ff. de verb. sign. & jumenta ab aliis pecoribus expresse distinguntur, in L. 38. §. 4. ff. de adilit. edict.* Sicut & armentorum nomine greges ovium & caprarum non veniunt. *L. 81. §. 3. ff. de legat. 3.* non tamen in hac servitute restrictam esse intentionem ad jumenta, apparet ex *L. 12. ff. b. t. ubi & armenta* vi hujus servitutis trajicere licet. Imo si nulla species pecudum pecorumve excepta, nihil hic exclusum censeo; *Conf. Carpz. p. 2. dec. 107.* licet non diffitear, pecorumve ad unum alterumve genus pecudū hanc servitute restringi posse, daß er sich allein der triffet zum Rind-Vieh und Schaffen / nicht aber zum Schweinen gebrauchen möge.

Actui non  
cohaeret pa-  
stura.

§. V. Hoc quidem certum est, à jure agendi separatum esse jus pascendi, daß Triffet und Hütung oder Weide unterschieden seyn: pastura enim se diffundit per totum prædium; ad actus vero exercitium certus eligendus est locus, *L. 26. ff. b. t. ne domino prædii nimium noceatur. L. 9. ff. de servitutibus.* Hoc vero acriter in factis disputatum memini, an jure agendi gaudens, concitato cursu pecus per alterius fundum agere teneatur, ut huic facultas non relinquatur aliquid graminis in transitu decerpenti? Et responsum fuit; civiliter utendum esse servitute agendi, ne pecus subsistat in alieno, sed nec peti posse à domino prædii servientis, ut ita præ-



## DE SERVIT. RUSTICOR. PRÆD. 35

cipitetur pecus, ne os quidem terræ adinovere possit, modo locus ad actum semel electus non mutetur, & hinc responsum memini, daß Beklagter nicht angehalten werden könne / sein Vieh dergestalt zutreiben / daß es von der Gräsung des Ortes nichts genießen möge / es ist aber auch derselbe sein Vieh daselbst ruhen zu lassen / oder den Ort der Trift ohne Noth zu verändern / und dergestalt der Gräsung schaden zu thun / nicht befüget. B. N. W.

§. VI. Tertia servitus VIA dicitur, non publica De Via.  
 illa, quæ usibus omnium patet, adeo, ut impedito hic nascatur actio injuriarum L. 13. §. fin. ff. de injuriis, sed privata per fundum vicini competens, ut commodius ad fundum nostrum perveniamus. Hæc iter & actum Quomodo ab actu differat.  
 sub se continere dicitur. Sed in Theoria pariter ac in foro controversum remanet, quid amplius ergo actu servitus via præstet? vulgo hic asserunt; viam iter & actum nexu adeo necessario continere, ut pacto separari nequeant; quem in finem adducunt L. 13. §. 1. ff. de acceptil. E contrario iter ab actu pacto separari posse admittunt L. 4. §. 1. ff. si servit. vindic. cum iter per consequentiam tantum, seu juris interpretatione, non essentialiter cohæreat actui, L. 2. ff. Quemad. servit. amitt. Verum licet hoc admittamus, nondum tamen apparet inde differentia, quid remoto pacto amplius sit in via, quam in actu; nam si iter & actus remittantur, nec via amplius supererit, d. L. 13. §. 1. v. sitamen. ff. de acceptil. Differentiam itaque quærent in latitudine viæ, cui in porrectum octo in anfractum sedecim pedes debentur. L. 8. §. 13. §. 2. ff. b. t. verum & hoc spatium pacto restringi potest. L. 23. pr. ff. d. t. Manz. ad b. t. n. 118. nec quicquam vetat, quominus actui idem spatium indulgeatur. Imo quoque moribus nostris nil obstabit, si quis pacto iter & actum à via



De hasta ere-  
cta.

removere velit, cum pactis hodie omnibus vis agendi  
infit; unde nemo impugnaret in foro hanc concessio-  
nem, daß er freye Macht haben soll über des Nachbarn  
Acker zu fahren / jedoch darüber kein Vieh zu treiben / noch  
sonsten eines Fußsteiges sich daselbst anzumassen. Uni-  
cum ergo remanet, quod habenti viam concedatur jus  
hastam erectam per illum locum ferendi, & tigna tra-  
hendi per *L. 7. vers. qui viam ff. h. t.* per quam tractionem,  
durch das Holz schleiffen sæpius plus damni infertur  
agro alieno, quam per vecturam. Quid vero per ha-  
stam erectam intelligatur, non expeditum est apud Dd.  
Jus enim exercitum ducendi, oder *piquenirer* durch sol-  
chen Weg zu führen / ad servitutes privatorum referri  
nequit; Quod si territorio hanc servitutem constitutam  
esse dixeris, interpretatio illa sibi locum vindicare pos-  
set; sed vix credibile est, mox transitum militarem sim-  
plici viæ concessione indulgisse territorii servientis do-  
minum; quantum enim hic secum ferat incommodi  
vulgo notum est, adeo ut transitum innoxium tempore  
belli vix fingi posse, plerique consentiant. Nec placet  
sententia Manzii *ad hunc tit. n. 126.* qui hoc jus exprimit  
Germanice daß recht eine lange Stange auffrecht zu tra-  
gen / & usum ejus demonstrare conatur in Durch-  
führung der Hopfen-Stangen; sed quis has erectas  
ferret, vel non potius vehiculo imponeret & ita per alie-  
num fundum duceret, quod sine dubio etiam is potest,  
qui actum habet. Placet itaque sententia Gothofredi,  
adducta à Manzio *d. l. n. 127.* quod viæ modus non tan-  
tum in rectum & flexum, sed & versus cælum æsti-  
mandus sit, ita, ut non tantum ad latus nullum obsit ob-  
staculum, sed & adversus cælum pateat; quod ita effe-  
rendum esse existimo, daß er *Piquen* hoch Raum habe /  
ita



DE SERVIT. RUSTICOR. PRÆD. 37

ita ut si pretium operæ fuerit vel hastam erectam ferre, vel ad hastæ altitudinem onerare vehicula, per illam viam ducenda, & remotis ramis sibi obstantibus, impedimenta tollere possit, modo arboribus frugiferis parcatur. *arg. d. l. 7. vers. qui viam. in f. ff. b. t. ibi modo fructus non* *ledat* daß er daselbst mit Heu Korn oder Wolle hochbeladenen Wagen ohne Hinderniß fahren könne. Cæterum quod huc referat Manzius *d. l. n. 129.* processiones Catholicorum, in quibus erectis vexillis incedere solent, hoc vix quadrat ad materiam servitutis rusticæ; Imo cum pedites hic incedant omnes, ad jus itineris sacri seu servitutis Ecclesiasticæ hoc forte rectius referre potuisset.

§. VI. Quarta servitus rustica est AQVÆ DUCTUS facultas ducendi aquam per vicini fundum ad meum, sive aqua ducatur ex flumine publico. *L. 1. §. 5. ff. de aqua quotidiana.* quamvis enim ex hoc cuivis aquam ducere liceat, *L. 2. §. 3. ff. de fluminib.* non tamen hoc licet cum injuria vicini *L. 17. in fin. ff. b. t.* servitus itaque hæc est, non derivatio aquæ ex flumine publico; sed derivatio per fundum vicini, quod citra servitutē pati non teneretur; sive ducatur ex flumine vel stagno vicini, ubi duplici servitute mihi opus est, primo respectu illius cuius est stagnum, ut patiatu inde duci aquam, partim ratione illius, per cuius fundum ducitur. Applicare autem hæc certa ratione possunt ad illas civitates, ubi ex flumine publico per canales dimittitur aqua in singulas ædes, quo casu quatenus canales in mei gratiam per vicini fundum ducuntur, servitus aderit: Interim hæc tali casu non rustica erit, sed urbana, cum non agris aut pecoribus, sed homini ad usus quotidianos inserviat: Sicut & si non prædio, sed personæ hoc jus constituatur,

De aquæ ductu.

De canalibus: aquam ducentibus.

E 3 per-





Aquæ ductus  
pro parte  
constituitur.

personalibus servitutibus aquæ ductus adscribi potest, ita ut morte expiret, nec ad hæredes transmittatur *L. Lucius 37. ff. b. t. Manz. ad b. t. n. 149.* Cæterum, quod servitutes pro parte præstari negent juris conditores cum individuae sint *L. fin. ff. comm. præd.* hoc certe usu fori fallit, in præsentia aquæ ductus servitute, dum quibusdam exemplo hujus civitatis comperit *Ein ganges Röhr = Wasser* / aliis vero *Ein halbes Röhr = Wasser.* Sicut & ratione temporis hic aquæ ductus partes recipit, dum vel aqua quotidie ducitur, vel tempore æstatis tantum, *vid. tit. ff. de aqua quot. & æstiva.*

Aquæ hau-  
stus.  
Pecoris ap-  
pulsus.

Putei.

Aquæ non  
intercipien-  
da.

De aqua mo-

§. VIII. De aqua haustu, sive facultate hauriendi ex alieno fonte; vel de pecoris ad aquam appulsu, sive per fundum alterius ad flumen publicum (licet hæc species certo modo ad actum referri possit.) operæ pretium non est, ut aliquid subjiciam, cum in foro hæc eadem juris applicatione gaudeant. Pertinet etiam huc jus aquam hauriendi ex puteo existente in domo vicini, quæ facultas quando jure servitutis, vel quando jure condominii competat, exposuit Card. de Luca. *Theatr. Verit. & Jusfit. Tom 3. tr. 3. p. 1. de Servit. discurs. 35.* Non tamen hic ommittenda servitus, à plerisque neglecta, adducta tamen à Mantzio *ad b. t. n. 228.* scil. servitus aquæ non intercipientæ, vel quæ ejus species est, de non præscindendis mei putei venis. Si enim ego in area mea puteum foderim, cujus venæ per vicini fundum transeunt, huic certe liberum est, etiam in suo puteum fodere, & aquam meo puteo intercipere, licet puteus meus ita exarescat *L. fluminum 24. §. fin. & L. Proculus 26. ff. de damn. infect. ne ergo id facere possit, servitutis jam dictæ constitutio omnino necessaria est.*

§. IX. Et quidem meretur illa servitus aquæ non inter-



## DE SERVIT. RUSTICOR. PRÆD. 39

*epiende*, ut certa facti specie illustretur, quantum utili-  
 tatis, vel præjudicii secum ferat, si hæc absit, vel adsit. molendini inter-  
cepta.  
 Erat Nobilis quidam Sempronius molendino aquatico  
 instructus, ad quod inter alia derivabatur aqua per vi-  
 cini Nobilis Marcelli agros, nulla desuper constituta ser-  
 vitute, nec arte ad aquæ ductum adhibita, sed situ agro-  
 rum naturali aquam ad illud molendinum promovén-  
 te; hac aqua cum ultra annos 30 usus fuisset Sempronius,  
 forte fortuna aliquis Marcellū visitans, & cū ipso ruri ob-  
 ambulans, commodum piscinam instituendi locum o-  
 stendebat, & qua ratione aqua ad Sempronii molendi-  
 num decurrens intercipi & ad novam hanc piscinam  
 derivari posset, ostendebat. Non displicebat Marcel-  
 lo consilium, sed hoc expedito, Sempronii molendinum  
 aqua sufficiente destitutum inutile reddebatur, unde  
 hic de aqua per tot annos sine contradictione usurpata,  
 jam vero intercepta, coram iudice conquererebatur, & ut  
 omnia in pristinum statum restituerentur urgebat. Non datur eo  
nomine  
actio. De-  
 cisum fuit, ipsi jus agendi nullum competere, ob defe-  
 ctum pacti vel servitutis, de aqua nunquam interci-  
 pienda; Marcello enim liberum esse, aqua per suum  
 fundum defluente in sui commodum uti, etiam cum al-  
 terius incommodo *L. 8. §. 5. ff. si servit. vind. Gail. l. 2. obs.*  
*69. n. 12.* & quod huc usque id non fecerit, ipsi, cum res  
 meri arbitrii fuerit, obstare non posse, nec Sempronio  
 ulterius in illa aqua jus quæsitum esse, nisi quoad aquam  
 jam eo derivatam, quæ omnia excitata *L. 24. §. 26. ff. de*  
*damn. infect.* decidendi rationem capiunt. Conf. *L. Si in*  
*meo 21. ff. de aqua & aqua pluvi.* Et ita in terminis hunc ca-  
 sum decedit Cardin. de Luca. *Tom. 3. Tr. 3. tit. de Servit.*  
*disc. 25. n. 2.* cuius hæc verba sunt: *Dominus potest aquam*  
*in ejus fundum ingressam pro lubitu divertere, quoties non*  
10



constat, ad meram emulationem id agi, non obstante præjudicio exinde resultante domino fundi inferioris; & quamvis longissimo tempore in istum aqua effluerit, quoniam hujusmodi cursus facultativus, ac jure naturali secutus, etiamsi mille annorum sit, in consideratione non habetur. Eandem sententiam tuentur Merlinus dec. 361. n. 6. & seqq. Cyriac. Niger. Contr. 310 n. 140. & seqq. Rauchbar. p. 1. q. 27. n. 4. Pluribus de eadem materia agit idem Cardin. de Luca. cit. loc. disc. 26. 27. 28. 29. 30. & 31. Reliqua, quæ de aquæ ductu adduci poterant, ad usum fori Germaniæ satis applicavit Noe Meurer in suo Tract. von Wasser-Recht / quam cum aliis ad hanc materiam pertinentibus adduxit Dn. Fritschius in Tr. de Jure fluviatrico, quorsum Lectorem remitto.

De jure pascendi.

Jus hoc ex agris metiendum.

§. IX. Inter famosissimas servitutes rusticas referendum merito est **JUS PASCENDI** in alieno fundo, cujus exercitium cum ubique conspicuum sit, & frequentes de eo in judiciis nascantur controversiæ, illæ hic non prætereundæ erunt. Et quidem certum est, pasturam in alieno citra servitutum nemini competere, sed alteri pecus abigere licere. L. 39. §. 1. ff. ad Leg. Aquil. vel quod usu Germaniæ ubiq; comprobatum, pignorationibus prædia sua ab hoc onere liberare posse, de quo in Tit. ad Leg. Aquil. Cum tamen jus pascendi in proprio fundo ex jure domini fluat, agri autem diversorum dominorum plerumque ita dispersi, ut quis vix pecus ita pascere possit, ne vicini prædium contingat, inde moribus receptum in pagis est, ut pro numero jugerum unusquisque certum numerum ovium alere, & in prædiis ad pagum illum pertinentibus pascere possit; Mev. P. 1. Dec. 28. & P. 7. Dec. 319. quæ tamen pastura regulariter per communem pa-



pagi pastorem expedienda, ne alteri alter pastum præripiat. Interim & hoc usu invaluit, ut qui tres mansos in illo districtu habet, ovium pastorem sibi constituere & non tantum in suis, sed & communibus agris pecus pascere possit; juxta Carpz. P. 2. Const. 41. def. 7. quod claro textu Juris Saxonici fundatum, Landrecht. Lib. 2. art. 54. Conf. Berl. P. 2. Conc. 49. n. 38. In Pomerania autem quatuor mansos agrorum ad jus habendi proprium pastorem exigunt, ipsum numerum autem ovium quod attinet, illum determinant ex eo, quot per hyemem ex stramine & fœno in agro suo natis alere licet. Mev. d. P. 1. dec. 28.

Jus proprii  
pastoris.

§. XI. Extra hunc casum si servitus in alieno pascendi quæsitâ, multum refert, an personæ an prædio idem jus competat? Priori quidem casu, uti servitus personalis nascitur, & cum persona interit, minus commodi habere videtur, quam si prædio quæsitâ, ubi perpetua est, & ad quemvis possessorem transit. Anton. Fernandez. de Otero Tr. de pascuis & jure pasc. c. 18. n. 7. Attamen ratione præsentis exercitii plus juris competit priori, quam posteriori casu. Illic enim jus personæ quæsitum dicunt, ex quo huic facultas est in pascua agendi pecus, ubicunque & quantumcunque habeat, dummodo tamen civiliter i. e. moderate fiat, & ita ne alter usu rei suæ careat. Quod si vero villæ vel fundo illud jus concessum, non aliis pecoribus pascendi jus esse, quam quæ sunt in ea villa, vel ibi ad culturam haberi solent. Anton. Fab. in Cod. l. 3. Tit. 24. def. 11. Mev. P. 5. dec. 251. Hæc tamen sententia simpliciter admittenda non est, sed iterum separandi casus: An persona jure pascendi indigeat intuitu prædii, weil er sonst keine Triff- oder Hütungen bey seinen Guthe hat / & tali casu etiam si

Pastura vel  
personæ vel  
prædio com-  
petit.

De alienis pe-  
coribus.



iam si concederetur ipsi E. G. ut Titio, quoad vixerit, pecus ex fundo Tusculano in meis agris pascat, non alia pecora, quam quæ in illo fundo alii possunt, pascendi jus erit: Nil enim vetat, jus personæ indultum ad necessitatem prædii restringere, quod ex intentione contrahentium tacite factum censetur, & iniquum foret, si aliorum pecudes pro pretio ejusdem pasturæ participes facere vellet. Nam & personales ejusmodi concessionem restringendæ potius sunt, quam ampliandæ, unde in tali concessione de pastura semper ad statum præsentem, non ad futurum respiciendum, uti prolixè defendit Otero de pascuis c. 24. n. 1. & seqq. An vero persona jus hoc pascendi desideret citra considerationem alicujus prædii, quo etiam plane destitutus est. e. g. Si quis mercaturam rei pecuariæ exercent, wann er mit Viehhandelt / hoc casu admitto Mevii sententiam, Jus pascendi se etiam ad pecora aliunde accepta extendere modo numerum in tantum non augeat, ut omnem pasturam domino subtrahat, quod moribus vocari solet, wenn er die Weide mit der menge des Viehes nicht übertreibet. Hoc certum, in exercitio hujus juris præcipue ad consuetudinem loci respiciendum esse. Otero. d. c. 24. n. 12.

Jus pascendi  
an locari possit.

§. XI. Ex hoc non obscure patet, an servitute pascendi gaudens jus hoc alii locare possit? Generalis siquidem decisio est, neminem locare posse servitute. L. locare 44. ff. locati quod de servitute prædiali omnes explicant, si illa citra prædium locanda sit. Quo supposito, juxta distinctionem præcedenti §. propositam decidendum puto: Jus pascendi personale locari posse, non prædiale, nisi hoc cum ipso prædio fiat. Illius ratio est, quia servitutes personales, excepto usu, sunt locabiles §. 1.



## DE SERVIT. RUSTICOR. PRÆD.

43

§. 1. *Inst. de Usu & habit.* Petr. Pacion. *Tract. de Loc. c. 11. n. 8.*  
 & *seqq.* unde miror, quod Prukm. *Vol. 1. cons. 14. n. 148.*  
 eapropter jus pascendi illocabile dicat, quia personale  
 est; modo conductor hujus juris non excefferit modum  
 servituti vel pasturæ ab initio præscriptum: Et sic indi-  
 stincte vera erit sententia Carpz. *P. 12. dec. 166.* quod jus  
 pascendi oves in agro alieno habens, non possit pascua  
 locare bubulcis Polonicis ad boves pascendos: sive e-  
 nim prædio, siue personæ hoc jus indultum, modus  
 tamen etiam in pecoribus servandus est, qui semel  
 præscriptus, cum & ipse ususfructus ob modum  
 non servatum amittatur §. 3. *Instit. de Usufruct.* in-  
 de & pasturam pro animalibus vaccinis habens, illam  
 trahere non debet ad oves vel sues, aliaque animalia.  
 Card. de Luc. *loc. citand. n. 7.* addatur Manz. *b. t. n. 292.*  
 Aliter se res haberet, si jus pascendi generaliter personæ  
 concessum citra determinationem pecorum pascendo-  
 rum, tali casu enim nihil obstaret, quominus bubulcis  
 Polonicis locari possint pascua: quod tamen negandum,  
 si prædio hæc servitus competeret, quorsum collimant  
 rationes à Carpz. *d. Dec. 106.* adductæ; dispar quoque fo-  
 ret ratio, si locator hoc jure in illis pascuis non solus gau-  
 deret, sed compascendi jus tantum haberet; compa-  
 scuum enim in vitis sociis, ob rationem in *L. Sabinus 28. ff.*  
*Commun. divid.* aliis locari non posse, verissima est sen-  
 tentia Otero *de pascuis c. 16. n. 1. & seqq.* Card. de Luca  
*Theatr. Ver. & Justit. Tom. 3. Tr. 3. P. 1. de servit. discurs. 40.*  
*n. 4.* adeo ut hic non sufficiat consensus majoris partis  
 compascentium, sed omnium necessarius sit, Otero *d.*  
*c. 16. n. 23.* Surdus *Cons. 65. n. 17.* Nisi forte communitas a-  
 liqua jure pascendi gaudens inter se statuendum existi-  
 met, ut pars aliqua pascuorum restringatur, & aliis ne-





cessitatibus publicis impendatur, vel ut quisq; certo numero tantum utatur, ubi omnino plurium vota concludunt. Luca. *d. l. disc. 41. n. 8.* Johann Maria Novarius *de Gravaminibus Vasall. P. 1. Grav. 33. n. 4.*

De suibus

§. XIII. Quod pecora ipsa attinet, quæ vi hujus servitutis ad pastum deduci possunt, si generatim competat, sues excludendas esse non censeo, Lauterb. *Concl. for. 6. Exercit. 18.* Quod si vero non in agris, sed in sylvis

De Capris.

hoc jus competat, caprarum pasturam jure Bavarico interdictam censerem, post Manz. *b. t. n. 293. not. ad Laut. cit. concl. 6. lit. b.* quod moribus plerorumque locorum

De morbitis

convenire existimo, cum satis constet, quantum damni sylvis per capras inferatur, servitute autem ita utendum, ne nimium noceat servientis prædii domino. Hoc certum est, jus pascendi se non extendere ad pecora morbida, ne sana ob contagionem pereant, *c. sed illud. pen. distinct. 45.* Manz. *b. t. n. 297.* Harprecht. *ad §. 1. Instit. de Servit. n. 99. & seqq.* Carpz. *P. 2. C. 41. def. 8. num. 3.* Cujus ratio quam maxime habenda est in ovibus, licet & hic ratio provinciarum attendenda, cum in quibusdam locis non nisi oves immundæ alantur, quas vulgo vocamus, *unrein oder geschmiertes Vieh.* Quales ergo huc usque ibi pastæ oves, illas etiam eo deducere poterit jus pascendi habens.

Pastura non impedienda à domino.

§. XIV. Servitus autem pascendi excludit dominum, quominus impedimentum ipsi pasturæ injicere possit; unde ipsi permissum non est fundos pastui destinatos agriculturæ applicare, quia servitutis causam deteriore redderet, contra *L. 13. §. 1. ff. b. t.* Cardinalis de Luca *d. l. discurs. 39. num. 5.* Manzius *b. t. n. 305.* Carpz. *P. 7. C. 41. def. 1.* nisi alia loca æque commoda ad pastum surrogare velit Carpz. *d. l. def. 6.* Sicut è contrario, si



si jus pascendi se etiam per agros ad culturam destinatos diffundat, interdictum censetur pascuum, usque dum collecti fructus. Luca *d. discurs.* 39. n. 3. Ex eodem fundamento sequitur porro, dominum prædii servientis non posse muro vel sepibus aut foveis cingere loca pascui destinata, nisi per illud tempus, quod maturitati fructuum destinatum. Cardin. de Luca *d. l. Discurs.* 38. Quorsum pertinet illa moribus recepta distinctio *ben offenen oder geschloßenen Feldern*/Manzium *h. t. n. 308.* de quo Carpzoy.

*P. 2. C. 41. def. 4. Berlich. P. 2. Concl. 49. n. 27.*

§. XV. Id quoque communiter placuit, con-  
cesso alteri jure pascendi, domino prædii servientis non denegandam esse facultatem sua pecora in eodem loco pascendi, si modo pastura utrique sufficiat. *arg. l. 13. §. 1. ff. Commun. Præd. Berlich. P. 2. Concl. 49. n. 6.* sed admodum dissentiant in casu pasturæ non sufficientis, cujus causa tunc sit potior? Et dominum prædii servientis hic præferendum esse, non pauci existimant, *ob L. Præses 6. C. de servit. §. aq. Lauterb. Collegio Pract. ad ff. h. t. §. 9. Besold. Consil. 232. n. 19. Brunnem. ad L. 13. n. 5. ff. Comm. prædior. Berlich. P. III. conc. 49. n. 8. Manzium ad h. t. n. 302.* Alii vero illum cui servitus competit præferunt, inter quos Berlich. *d. l.* recenset Schurffium *Cent. 1. Conf. 69. n. 20. §. seqq. Covarruv. Pract. quest. 3. c. 37. n. 1.* Sed neuter ex his hanc sententiam allegato loco defendit: Interim in puncto juris posteriorem opinionem veriorrem existimo; quatenus enim alteri jus certum in meo quæsitum est, eatenus ego ab hoc jure excludor, nisi quatenus citra impedimentum alterius id fieri possit. Hinc quas ædes alteri locavi, illas ipse inhabitare nequeo; quas fenestras alteri indulsi, illas novo ædificio obscurare nequeo. Et quamvis ordinata charitas do-

An dominus  
prædii ser-  
vientis sua et-  
iam pecora  
pascere possit.





minum in percipienda utilitate præferat extraneo, per  
*d. L. Præses. 6. C. de servitut.* textum tamen hunc non de  
 servitute constituta, sed de liberali vel amica communi-  
 catione utilitatis loqui, certum est. Nec *L. 3. §. 1. ff. Com-  
 mun. prædior.* aliud evincit. Non enim ibi de servitute  
 cædendi lapidis agitur, sed de casu, ubi per consuetudi-  
 nem in alieno lapidem cædere licet, quod utique cum  
 hoc moderamine faciendum, ne lapides domino ad  
 propriam necessitatem subtrahantur. Cum tamen  
 æqua sit prior sententia, illam in foro applausum me-  
 ruisse credo, ut hinc utile sit, in acquirenda servitute  
 juris pascendi sibi pacto consulere, ne servitute hac gau-  
 dens aliquando à pascuis excludatur.

De compa-  
 scuis.

§. XV. Pertinent huc quodammodo *compascuo-  
 rum* jura die *Koppel triff* / oder *Koppel Wende* / quando  
 vicini jure familiaritatis mutuæ sibi concedunt faculta-  
 tem in prædiis hinc inde promiscue pascendi, quod ea-  
 propter precarium mutuum appellant, cum semper re-  
 vocabile sit, quando vel uni saltem ex vicinis inde resi-  
 lire libuerit. *Carpz. P. 2. C. 41. def. 9. in f. Köppen P. 1. dec.  
 12. n. 17.* Unde frustra non raro disputari solet in judi-  
 ciis contra adversarium jus compascendi denegantem.  
 Ut ut enim hoc evicerit, & alter ne compascentem  
 impediatur; nil tamen resistit, quo minus  
 compascuo renunciare & agros suos propriis pecori-  
 bus servare possit, modo simul ab alterius agris semet  
 absteineat. Sententia enim illa pro compascuo lata, effe-  
 ctum habet rebus sic stantibus; quamdiu compascuum  
 legitime non sublatum. Itaque diversa plane ratio est,  
 si compascuum non jure familiaritatis, sed mutuæ ser-  
 vitutis concedatur, quod fieri posse nullus dubito, e. gr.  
 ut ego jure pascendi gaudeam in vicinis prædiis; & vi-  
 ci-

De compa-  
 scuis sub jure  
 servitutis.



cinus eodem jure gaudeat in meis. Hoc casu unus invito altero compascuum revocare nequit; Utut enim vicinus hoc jure amplius uti nolit, non tamen me adigere poterit, ut pariter juri meo renunciem, quod temperamentum etiam ad conventiones auff die Koppelsagden applicandum puto, cum & hæ eodem modo valide constitui possint. De qua materia ex professo egit Dn. Fritschius *Tr. de Conventatione*.

§. XVI. Superfunt aliæ servitutes rusticorum prædiorum, varii quidem generis, prout vicinus in commodum prædii mei aliquid pati vel non facere tenetur, quas ordine ad *b. t.* recenset Manzius. e. gr. jus lignandi. Manz. n. 324. jus sumendi pedamenta ad vineam ex vicini prædio *l. 3. §. 1. ff. b. t. die Rebestecken oder Weinsfale aus des andern Walde zuholen.* Manz. n. 328. Jus lapides eximendi *L. 6. §. 1. b. t.* Manz. n. 331. Jus lapides provolvendi, aut positos habendi in alieno, ut sc. ex lapidicinis meis, terram, rudus, saxa jacere, posita habere; & ut in tuum lapides provolvantur, ibique positi habeantur, & postea exportentur *L. 3. §. 2. ff. b. t.* Manz n. 335. cui affine est jus ligna in alieno collocandi, donec forte vendantur, vel tempore hyemis occasio nascatur, illa ulterius provehendi. Jus cretæ eximendæ & arenæ fodiendæ *L. 6. §. 1. ff. b. t.* Manz. n. 337. & 339. Jus calcis coquendæ in alieno *L. 5. ff. b. t.* Manz. n. 341. Jus figulinæ habendæ *L. 6. pr. ff. b. t.* Manz. n. 345. Jus tugurii in alieno habendi, quorsum hyeme ingruente, me cum pecoribus recipere possim *L. 6. in f. ff. b. t.* Manz. n. 347. Jus uvas in alieno exprimendi *L. 14. in f. ff. de Alim. leg.* Manz. n. 350. vel quod eodem recidit ein Wein-Presse auff des andern Grund zu haben Jus excutiendi frumentum in area aliena *d. l. 14. §. f.* Manz. n. 352. daß er sich des Nachbarn Scheuerfluhr zum aufdreschen bedienen könne.

Jus

Varia servitutes recensentur.

10





Jus cogendi vel colligendi fructus in villa vicini L. 3. §. 1. ff. b. t. Manz. n. 355. daß ich mein Korn oder Heu in des andern Scheure einführen könne. Jus gestandi L. 14. §. f. ff. & Alim. Leg. quod proxime accedit servituti itineris. Manz. n. 357. Jus temonis imittendi die Wagen Deivel ob angustiam areæ meæ per foramen in vicini fundum vel horreum porrigendi, Manz. n. 859. Jus navigandi per lacum vicini, ut eo citius ad meum fundum venire possim L. 23. §. 1. ff. b. t. Manz. n. 364. & demum jus venandi in fundo alieno Manz. n. 369. quorsum referri poterit jus retia expandendi & alaudas capiendi in alieno das Lerchen streichen auff den benachbarten Feldern. Sed in his & similibus, quarum varia adhuc excogitari possunt, servitutibus, semper probe attendendum, an prædio an personæ concessæ sint. Nam si prædio, regulariter quis illo jure amplius uti nequit, quam quatenus ad eum ipsum fundum opus sit L. 5. in f. ff. b. t.

TIT. IV.

COMMUNIA PRÆDIORUM  
TAM URBANORUM QUAM RUSTICORUM.

§. I.

Summa tituli.

Pactio hodie acquiritur servitus.

Postquam distinctim de urbanorum, rusticorumq; prædiorum Juribus actum, illa hic proponuntur, quæ in omnibus his servitutibus promiscue exiguntur, in quibus vix quicquam occurrit, quod usu forensi non comprobatur. Nisi forte dixeris, hodie stipulationibus opus non esse ad acquirendam servitutem, sed pactiones simplices sufficere, quarum quidem mentio fit in §. fin. I. de servit. verum sine dubio verba illa, *pactionibus atque stipulationibus*, conjunctim capienda; quatenus pactum ex subsecuta stipulatione robor suum accipit; quod hodie amplius necessarium non est.

§. II.



## COMMUN. PRÆD. TAM URB. QUAM RUSTICOR. 49

§. II. Dum autem hic de servitutibus prædialibus agitur, certum quoque in praxi est, servitutem hanc constitui non posse illi, qui prædium non habet *L. 1. §. fin. ff. Commun. præd.* licet futuro prædio recte promittatur *L. 23. §. 1. ff. de S. P. U.* Sed cum pacti hodie tanta sit efficacia, ut suo effectu gaudeat in foro, etiamsi ordinaria materiae indoles id non admittat, inde quæritur, annon vera & realis servitus sit, si quis mihi, prædio destituto jus pascendi in suo fundo vel venandi concedat? R. quod non, sed personalis constitutio erit, eaque propter ad heredes non transmittitur *L. Pecoris 4. ff. de S. P. R. L. 39. §. 4. ff. de Legat. 3.* Menoch. Rem. 6. Ret. poss. n. 25. Quod si tamen pacto heredibus expresse prospectum, subsisteret, nec cum primo herede exspiraret, ob cessantem rationem *L. antiquitas 14. C. de usufr.*

An servitus hodie sine fundo constitui possit?

§. III. Id quod humani juris esse desiit, servitutem non recipere dicit Javolenus in *L. 4. ff. b. t.* unde nec publicis, nec sacris prædiis servitutem imponi posse constat. An idem hodie? sane dolendum est, in multis locis publicam fere servitutem sustinere templa, dum patent quotidie, & transitum præbent omnibus, ad res quoque profanas expediendas, & non raro ad illicitos amores conciliandos, quod merito emendandum erat. Verum & servitutibus privatis fere obnoxia facta sunt templa; quid enim aliud est jus habendi tabernam librariam in templo, quam servitus quædam personalis, vi cuius Ecclesia vel ejus œconomi pati debent liberum librorum in loco illo sacro commercium, contra severam Salvatoris objurgationem *Marci II. v. 17.* Nec titulus locati justiore reddet hanc mercaturam, aut loci sacri abusum; nisi forte dixeris, Ecclesias protestantium non consecrari, & hinc nec sacras esse; cui

An hodie prædiis sacris imponi possit servitus.

G

me



merito reponimus, destinationem ad cultum divinum, cum voti instar sit, rem magis sacram reddere, quam consecrationem.

De servitute  
oneris ferendi  
in templo  
imposita.

De servitute  
fenestras in  
templo.

§. IV. Sed ut ad servitutes templorum proprie sic dictas accedamus, certum est, servitutum oneris ferendi templo nec imponi posse, nec debere; quod non tantum in templis parochialibus, sed etiam privatis illis, sive capellis obtinet; indecorum enim est, super Capellas & altaria, ubi divina celebrantur officia, laicorum habitationes habere, Card. de Luca. *Theatr. verit. & Just. Tom. 3. Tr. 3. P. 1. de Servitut. discurs. 17. n. 4.* sed forte non ignota sunt exempla, ubi sub templis illis privatis est cella vinaria, supra templum locus saltationi destinatus. Hæc utilior quæstio est, annon servitus fenestræ imponi possit ecclesiæ ædibus meis contiguæ, hoc fine ut ex conclavi quodam meo per fenestram in muro templi factam, conciones audire, & sacris cantionibus ibi durante cultu ordinario vacare possim? Exempla hujus rei adsunt in quibusdam civitatibus; sed hoc nemini facile, nisi Principi, aut ecclesiæ Patrono, aut alias ex magna causa concedendum esse, recte decisum est apud Card. de Luca. *d. l. Discurs. 16. n. 3. & seqq.* In genere autem si tale quid templo vel domibus eo pertinentibus imponendum sit, omnes illi consentire debent, quorum consensus alias in alienatione rerum ecclesiæ necessarius. Nam sub *Extravag. Ambitiosa. de reb. Eccl. non al.* etiam servitus ecclesiæ imponenda continetur. Card. de Luca. *Tom. 3. Tr. 2. p. 2. de præemin. disc. 26. n. 13.* est enim & jure nostro servitutis impositio alienationis species. *L. fin. C. de rebus alien. non alienand.* Confistorii ergo auctoritas apud nos quam maxime necessaria.



## COMMUN. PRÆD. TAM URB. QUAM RUSTICOR. 51

faria. Cæterum inter diversas ecclesias vel monasteria vicina servitutes constitui posse extra dubium est. De servitute inter diversa monasteria. Cavendum tamen castitati monialium voluerunt Canonistæ, prohibendo exstructionem ædificii per quod prospectus active vel passive habeatur ad monialium monasteria, hoc est, ne ipsæ adspiciant vel adspiciantur. Covarruv. *Lib. 3. var. Resol. c. 14. n. 8.* Capycius *Latr. dec. 157. n. 20.* Luca *d. P. 3. disc. 20. n. 7. & disc. 21.* ex quo apparet, monasteria monialium habere servitutum altius non tollendi, vel fenestras non habendi, etiam citra pactum. Alexand. Sperell. *Decis. for. Eccles. 58. n. 1. sq.*

§. V. Servitutum recipere neminem nisi sibi posse, respondit Javolen. *in L. 5. ff. h. t.* adeo, ut si quis sibi & vicino servitutum stipuletur, adjectio vicini pro supervacua habenda sit, sed tota servitus ad stipulantem pertineat. *d. L. 5.* Ratio non alia erit, quam quod alter alteri stipulando acquirere non possit. *L. 38. §. 17. ff. d. V. O.* Verum hoc moribus Germaniæ non convenire, satis probavit Dn. Schilter. *ad ff. Ex. 18. th. 30.* Unde multo magis hoc in socio procedet commune solum vendenti, hac lege, ut ipsi & socio serviret; nam licet jure nostro & hanc stipulationem ratione socii inutilem esse constet, *L. 19. ff. d. S. R. P.* Praxis tamen fori Germanici hanc sententiam non recepit, cum si ulli alii alterius conditionem meliorem facere licet *L. solvendo 39. ff. d. N. G.* certe socio moribus Germaniæ hoc non invidendum, uti pro more suo doctissime demonstravit Dn. Schilter. *d. Exerc. 18. th. 35.*

An alter alteri servitutum stipulari possit.

10



## SI SERVITUS VINDICETUR, VEL AD ALIUM PERTINERE NEGETUR.

### §. I.

De actione  
Confessoria  
& Negatoria.

**A**ctiones quæ pro asserenda vel avertenda servitute competunt, communes sunt tam personalibus, quam prædialibus, *L. 2. pr. ff. b. t.* hinc præsentis titulo conjunctim de his agendum est. Et quidem quoad confessoriam actionem attinet, nullum adest dubium, vindicanti hoc remedio servitutem, probationem prætensi juris incumbere. *L. 9. C. d. servit. & se à reo in hoc turbatum esse L. 10. §. 1. ff. b. t.* Verum hoc controversum est, an si actor in quasi possessione servitutis prætensæ constitutus, nihilominus probatione gravandus sit? Negativa non paucis probata, cum possessio, ab onere probandi liberet. *Lauterb. in Concl. for. Exerc. 18. tb. 9.* Sed cum possidenti resistat præsumptio libertatis, & ita pro possessore militans præsumptio, alia fortiori elidatur, potior illorum sententia est, qui possessorem ab onere probandi non liberant, *Struv. Exercit. 13. tb. 43.* Verum, cum is, qui in possessione servitutis est non facile ad iudicium petitorium progressurus sit, cum possessorio iudicio experiri possit, sine dubio si possessorio experiat, non ultra probationem possessæ servitutis adstringendus erit: Servitutem vero ipsam, cum hæc ad petitoriū pertineat, probare non tenebitur, nisi petitorio iudicio experiat, quorsum ipsa actio Confessoria pertinet, de quo pluribus *Dn. Schilt. Exerc. 19. tb. 38.*

Quid si in  
possessorio  
servitutis per

§. II. Ibi ergo præcipue necessaria est prioris questionis decisio, si servitutem prætendens in possessorio egerit, & sententiam victricem reportaverit, cui jam in  
peti-



*M*

10

SI SERV. VINDIC. VEL AD ALIUM PERT. NEG. 53

petitorio probatio injungenda? Ordinarie enim sententia in possessorio ita concipitur: *Das Kläger bey der possession vel quasi des bis anhero gebrauchten Fahrwegs über des Beklagten Wiesen zuschützen/bis Beklagter im petitorio ein anders ausgeführet.* Si jam reus petitorium instituat, non alia ipsi quam negatoria actio competet; hanc autem si intentet, iterum ex natura actionis institutæ devolveret onus probandi in reum: Hic vero exciperet, se per sententiam in possessione defensū esse, ejusque ad minimum hanc esse efficaciam, ne ulteriori probatione gravetur, alioqui idem esset in effectu, ac si pronunciatum fuisset. *Das Kläger in possessione vel quasi des Fahrwegs zu lassen/bis Er solche Dienstbarkeit in petitorio ordentlich ausgeführet / quod involveret contrarietatem.* Verum res salva est; non enim possessor, sed adversarius ejus in petitorio ad agendum condemnandus est; cum ergo huic necessario actione negatoria agendum sit, & hæc sui natura onus probandi deferat in adversarium, non proderit huic sententia in possessorio; nec dici poterit, quod bina probatione hoc pacto gravetur: Probavit enim in possessorio judicio, se possidere servitutem; Jam vero probandum ipsi est, sibi competere servitutem, quod uti dictum ex possessione non præsumitur, cum fortiorem libertatis præsumptionem contra se habeat. *Carpz. l. 1. Resp. 67. n. 12. Richter. Dec. 88. n. 63.* quæ res adhuc clarior erit, si ordinem processus Negatorii attendimus, in quo tantum actor se fundat in libertate prædii, & alteri prætensam servitutem competere negat: Quod si hoc casu lis contestanda reo, non poterit aliter, quam sibi servitutem contradicendo asserere; hanc vero, tanquam intentionis tuæ fundamentum in affirmativa consistens, probabit, arg.

sententiam defensus.

Quomodo probatio hic injungatur?

G 3

L. 10.





*L. 10. Cod. de non numerat. pecun.* diereil Beklagter auf die erhobene Klage geantwortet / und derselben geständig / daneben sich aber auf eine *servitut* und Gerechtigkeit oder Befugniß beruffet: So ist er solches sein fürgeben und angezogene Gerechtigkeit in Sächsischer frist / wie recht darzuthun und zuerweisen schuldig / *Carpz. d. l. n. 18. Dn. Schwendendorffer. Summ. action. exposit. c. 2. memb. II. §. 16. Conf. Tr. de act. investig. Sect. 2. membr. 4. §. 4.*

Cautio de  
non turbando.

§. III. Cæterum in utraque actione tam negatoria quam confessoria peti posse cautionē de nō amplius turbando, imo super hac pronunciandū esse, etiamsi ab actore expresse non petita, probat *Carpz. L. I. R. 69. & 70.* Quod sine dubio vi clausulæ salutaris procedit: Alias enim sententia, cautione licet ommissa, subsisteret, quippe in puncto juris officio Judicis non simpliciter incumbit, ut ad cautionē condemnet reū, sed alternative, ut Reus aut præstet servitutē, aut caveat. *L. 7. ff. b. t. & cautio hæc de non turbando ad majorem tantum cautelam pertinet, non ad ipsam sententiam sustinendam; sufficit enim, quod pro servitute vel libertate sit pronunciatum. Nec hujus cautionis petitionem ad judicium ordinarium ita restringendam puto, quasi possessorio renunciaret, qui hanc cautionem petit: Nam si in possessorio à judice defendendus est possessor, etiam ad hoc condemnari poterit adversarius, ut caveat de non amplius turbando aut molestando. *Carpz. d. Resp. 69. n. 16.**

Quid probandum Negatoria?

§. IV. Quod vero antea dictum, actionem negatoriam hoc privilegio gaudere ut onus probandi in adversarium deferat, hoc intelligendum de negativa servitutis probatione, interim dominium prædii, quod liberum esse prætendit, probare tenetur: Libertas enim præsumitur, *Mascard. de Prob. Concl. n. 1194. n. 65.* sed prædium actoris esse, facti est, & hinc probandum; quam-



*M*

SI SERV. VINDIC. VEL AD ALIUM PERT. NEG. 55

quamvis præsumtiva domini probatio ex possessione oriunda sufficiat, juxta Cothmann. *Vol. 4. Consil. 1. n. 35. & seqq.* Illo quoque casu actori negatoria probationem incumbere asserit Carpz. *lib. 1. Resp. 68.* si reum vi clam aut precario servitute uti dixerit, tunc enim qualitatem à se assertam probabit actor. Ant. Fab. *Cod. lib. 3. Tit. 4. def. 8. n. 6.*

§. V. Latisime vero patent actiones Confessoria & Ne- Utiles actio-  
nes. gatoria utiles, dum omnibus Juribus in alieno asserendis, aut avertendis applicantur, ubi ad illud fundamentum communitè respicitur, quod, qui se fundat *in libertate naturali*, contra impediens negatoria experiatur; qui vero se fundat *in privilegio, vel jure singulari*, & inde dependente *jure prohibendi*, ille Confessoria experiari debeat, ut scilicet doceat prætensum jus suum. Quæ Regulæ eo usque procedunt, nisi appareat, illud, quod alias libertatis naturalis fuit, per Leges provinciæ restrictum non esse, quo casu si quis ab hac restrictione se exemptum esse prætendat, privilegium exemptionis doceat, de quo pluribus actum est, in *Tract. de act. invest. Sect. 2. Memb. 4. §. 6. & seqq.* unde & alia huc pertinentia peti possunt.

§. VI. Hoc adhuc observandum, utilem quoque esse Ne- Negatoria  
datur etiam  
contra  
damna per  
negligentiam  
imminentia. gatoriam actionem in foro, si quis non jure servitutis prætensa, sed per negligentiam saltem aliquid in suo prædio habeat, quod nostro incommodum vel periculum afferat; e. g. Si paries communis opere abs te factus in ædes meas inclinaverit, poterit tecum agere, jus tibi non esse parietem illum ita habendi. *L. Si cum meus 14. §. 1. ff. b. t.* quod & procedit, si factum tuum inclinationi parietis ansam non dederit, nam & tunc, si inter ædes binas paries esset, qui ita ventrem faceret, ut in vicini domum semipedem, aut amplius procumberet, agi oportet, Jus non esse, illum parietem ita projectum in suum esse, *L. si quando 17. pr. ff. b. t.* Hoc quoque in foro dignum observatu est, quod contra illum, qui nos turbat in usu servitutis, & facit, quominus secum agi possit, immissio in bona peti possit. *L. 18. ff. b. t.* qui textus ad aquæ ductum non restringendus, Hilliger. in *Donell. lib. 11, cap. 16, Lit. C.*

TIT. VI.

10





## QUEMADMODUM SERVITUTES AMITTANTUR.

Servitus con-  
fusione tolli-  
tur.

**S**ervitutes in foro iisdem modis amitti, qui hic recensentur, non dubitandum est. Unde si utrumque prædium ad eundem dominum perveniat, confusione servitutem sublatam esse constat, per *L. 1. ff. b. t.* nam & in foro certum est, rem meam mihi non servire, sed acquisito dominio omnia à me jure domini peragi, quæ ante acquisitum fundum jure servitutis expedire poteram. Quod si dominium prædii servientis pro parte acquisiverim, per partes servitutem retineri dicitur, in *L. 8. §. 1. ff. de Servit.* quatenus scilicet illa pars, quæ alterius mansit, ad exercitium illius juris quid adhuc confert. Unde si per plures agros mihi debeatur servitus viæ, & ego unum ex illis emerero, servitus nondum exspirat, sed in agris alienis adhuc superest. *L. Tria Prædia 31. ff. de S. P. R.*

De non usu  
in servituti-  
bus alternan-  
tibus.

§. II. Non usu servitutes amitti, si decem annis inter præsentibus & 20. inter absentibus illis non usus fuerit, constat ex *L. pen. C. de serv.* quod procedit, nisi alternatis annis & mensibus servitutis usus concessus sit, ubi duplicato tempore opus est *L. 7. ff. b. t.* Sed quaeritur, si singulis trienniis usus servitutis indultus sit, & ille cui debetur servitus, per tricenniū abfuerit, an ipsi adhuc salva sit servitus? Ita videtur, cum *d. l. 7. ff. b. t.* tantū de alternis annis loquatur, quod ibi duplicandum tempus; Ergo triplicandum videtur si usus per triennium alternetur. Recepta tamen sententia est, vicennio etiam hanc servitutem expirare, Dn. Struv. *ad b. t. th. 56.* Franzk. *ad ff. b. t. n. 34.* quæ fundamentum habet in *L. f. C. d. Servit.* ubi etiam in servitute singulis quinquenniis exercenda, vicennii tempus non exceditur & elapso hoc spatio feram esse poenitentiam ad pristinam servitutem revertendi; licet priori sententiæ subscribat Hillig. in *Donellum L. XI. c. ult. lit. c.* quæ sententia iure Bavarico probata, ubi *tit. 26. art. 7.* ita statutum, hat jemand ein Dienstbarkeit allein ein Monat oder Jahr im das andere zugebrauchen/ so wird zur Verlehrung derselben doppelte Zeit/nemlich 20. u. 40 Jahr erfordert. quod statutum adducit Manz. *adh. t. n. 82.* ipse tamen postea sententiam priorē approbat.


Rusticæ quot  
annis non  
usu amittan-  
tur.

§. III. Sed cum dictum sit, usu fori receptam esse sententiam, servitutes rusticæ non nisi immemoriali tempore acquiri *6. supra tit. 1. §. 6.* inde disquiritur, an etiā in foro opus sit immemoriali tempore ad servitutis rusticæ amissionem? Ita videtur, cum eadem ratio sit dissolvendæ, quam constituendæ servitutis. *arg. L. 35. ff. d. R. I.* Verum cum jura nostra faveant liberationibus *L. 47. ff. d. O. A.* & in praxi quoque odiosæ sint servitutes, non credendum est, recepta opinione, de tempore immemoriali ad præscribendam servitutem necessaria, tantum tempus etiam ad ejus amissionem exactum fuisse, cum res facilius ad pristinam libertatem redeat, & satis spatii concessum ad repetendum servitutis usum, cui 10. vel 20. anni à jure indulti sunt, juxta *L. pen. C. d. servit. v. Schneidevv. ad §. f. I. d. servit. n. 25. seq.* Manz. *b. t. n. 77.* Brunnem. *ad d. L. pen. Lauterbach. Exercit. 18. Concl. 19.*












ULB Halle  
005 308 755

3




LDNA











1689. 7  
21 289.16  
M

TIO JURIDICA  
De

ERVITU.

EDIALIUM

IERNO,

Quam  
GNIFICENTISSIMO,  
JUVENTUTIS PRINCIPE

DERICO

ELMO,

NBURG. ET ELECTORATUS  
DE, &c. &c.

DEMIA FRIDERICIANA

ESIDE

LE STRYKIO,

ENTISS. ELECTOR. BRAN-  
MO, PROFESSORE PRIMARIO,  
CÆ ORDINARIO, ET

ECANO

PTORE PERPETUO HONORIS

CULTU PROSEQUENDO,

TORIO MAJORI

A. MDCXCIIIX.

ce defendet

UDOVICUS VEIEL,  
nensis.

Chr. Henckelii, Acad. Typogr.

10

